222.1
Bib/Exe
67707

00067707

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016

आA 222-1
Bib/Exe
67707

00067707

EXERCITATIONES ANTI-MORINIANÆ:

DE

PENTATEUCHO SAMARITANO, EJUSQUE UDENTICA ΑΥΘΕΝΤΙΑ:

Oppoſitæ

Canonicæ ejuſdem ἀυθεντίᾳ à JOHANNE MORINO, *Bleſenſi, Congregationis Oratorij*, ut vocant, *Presbytero*, temerè aſſertæ.

In quibus

Non tantùm firmis rationibus *Pentateuchus Samariticus*, magno conatu ab ipſo Canonizatus, convellitur; Apographum vitioſum ex Hebræo Autographo demonſtratur; ſed etiam nonnulla, S. Scripturæ & Antiquitatis loca difficiliora de Samaritanorum Religione, Scriptis, Moribus illuſtrantur, atque ex monumentis Latinis, Græcis, Hebraicis, Chaldaicis, Rabbinicis, Arabicis, Perſicis & Ægyptiacis eruuntur.

Quibus accedit

Epitome omnium capitum LIBRI JOSUAE, *h. e.* Chronici illius Samaritani, quod ex legato Magni viri, JOSEPHI SCALIGERI, in illuſtriſſima *Leidenſi* Bibliotheca Arabicè contextum, ſed Samaritico charactere exaratum, aſſervatur.

Authore

JOHANNE HENRICO HOTTINGERO, Tigurino.

Ben Sira in libr. Sap. c. 50.

Ἐν δυσὶν ἔθνεσι προσώχθισεν ἡ ψυχή μου, καὶ τὸ τρίτον οὐκ ἔστιν ἔθνος. Οἱ καθήμενοι ἐν ὄρει Σαμαρείας φυλιστιεὶμ, καὶ ὁ λαὸς μωρὸς ὁ κατοικῶν ἐν Σικίμοις.

TIGURI,
Typis JOH. JACOBI BODMERI.
M DC XL IV.

B22
A. i. 21
67707
1654

Viris Magnificis, Ampliſsimis, Nobiliſsimis, Prudentiſsimis

D. D. SOLOMONI HIRZELIO,
Conſuli magnificentiſſimo.

D. D. JOH. HENRICO WIRTZIO,
Quæſtori ampliſſimo.

D. D. JOH. HENRICO RHONIO,
Tribuno plebis, Redituúmq; Eccleſiaſticorum
Archiœconomo prudentiſſimo.

D. D. JOH. LUDOVICO SCHNEBERGERO, Armamentarij Præfecto ſtrenuiſſimo,
liberarúmque Helvetiæ Provinciarum præfecturâ ſumma cum laude nuper
defuncto.

Illuſtriſsimæ Reipublicæ Tigurinæ
Senatoribus,
Patriæ Patribus,
Eccleſiæ Nutritijs,
Scholæ Moderatoribus primarijs,
Studiorum Fautoribus

Exercitationes has obſervantiæ causâ offero & conſecro

JOH. HENRICUS HOTTINGER.

Viri Magnifici, Ampliſsimi, Nobiliſsimi,

PRæclarè admodùm & opportunè Epiphanius, omnis veræ antiquitatis cornucopiæ, in παντοδαπῆς eruditionis de Hæreſibus libro, verbis Irenæi, (quem modò [a] Ἀποστόλων διάδοχον, modò [b] ἁγιώτατον, modò ἄνδρα [c] πρεσβύτην κατὰ πάντα ἐν πνεύματος ἁγίου κεκοσμημένον, appellat) monet: [d] Ἡ πλάνη καθ' αὑτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφορος· πειθανῷ δὲ περιβλήματι πανούργως κοσμουμένη καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν παρέχειν φαίνεσθαι διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις. Id eſt, *Nam error per ſe ipſum non oſtenditur, ut ne denudatus deprehendatur, ſed amiculo ſplendido callidè ornatus, ut etiam ipſa veritate veriorem ſe ipſum exhibere videatur imperitioribus per externam apparentiam.* Veritatem dicti, venerandi Senis, ut omnium hæreſium cloaca, hæreticorúmque caterva, ita eorum cumprimis probat cohors, qui dum ſuperſtructi ſolido illi Prophetarum & Apoſtolorum fundamento ſoli videri haberique volunt, alia interim, quæ cerebrum ſuppeditat mucoſum, ἀμβολιεργίαις vacantes, fundamenta quærunt & principia, longè diverſa ab ijs, quibus & Chriſtus, & Apoſtoli, & ipſorum in miniſterio ſucceſſores, longo temporum flexu & fluxu uſi ſunt. Sunt nempe illi ipſi, qui, ut reliqua Religionis capita intacta relinquamus, ubi ſemel à Scriptura Authentica Hebræa Veteris, & Græca Novi Teſtamenti deflectẽtes, maleſana ποσί τε χερσί τε defendenda ſuſceperunt dogmata, varias, in quibus errorum ſuorum patrocinium invenirent, titulis & rationibus, apud imperitos, admo-

[a] *Hæreſ. XXIV. p. 37.* [b] *Hæreſ. XXXI.* [c] *Hæreſ. XXXI. p. 93.* [d] *Ibid. p. 79. 80.*

admodùm ſpecioſis authenticas obtruſerunt editiones. Κενοδοξῶν γὰρ, inquit Epiph. hæreſ. lib. 1. h. 35. ἕκαστος, καὶ βουλόμενος ἑαυτῷ συνάγειν ἄθροισμα, ὥστε αὐτῷ ἕπεσθαι, ἃ ὑπεισῆλθε τῇ ἑαυτοῦ ἐννοίᾳ ἐψευδολογήσεν, id eſt, *Unus quisque enim vana gloria captus, & ſibi ipſi congregationem in ſequentem ipſum colligere cupidus, quæ in mentem venerunt, commentus eſt.* [e] Conciliabulo, quod Tridenti indictum & habitum fuit, eminuit (*quo nihil* [f] *portentoſum magis noſtra ætas vidit*) *authoritas authentica ſolius Vulgatæ Editionis, eáque ſancita fuit*: at ubi eam, à magno quidem, quocunque tandem authore, quod cum [g] Clariſſimo Beza & Lud. de [h] Dieu non negamus, contextam; temporis tamen injuriâ, [i] amanuenſium incuriâ, Monachorum imperitiâ, ſacerdotum oſcitantiâ, ipſorum Pontificum à libris ſacris nauſeâ, Linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebrææ ad amoliendam [l] hæreſeos ſuſpicionem, ignorantiâ defœdatam, interpolatam, truncatam, capite ſæpe & caudâ carentem multi vidiſſent: ſimúlque obſervâſſent, præclaris & cordatis viris, ipſis etiam Pontificijs [m] κρείττονος λόγου Doctoribus, non ſatis per omnia facere, de alia ſtatim ineunda via cogitârunt, & verſionem Septuaginta-Viralem (quam, ut ipſi fatemur, ultrà quàm par fuit, [n] ἀναμάρτητον, θεόπνευστον &c. Patres non pauci, tum quòd [o] Hebræa non intelligerent, tum quòd Græcam Linguam [p] primigeniam quidam

---

[e] *Seſſio 4. Decret. 1. vet. 2. Vide etiam Six. Senen. Bib. S. libr. VIII. p. 664.* [f] *Caſaubonus contra Baronium Exercit. 2. 19.* [g] *Vide præfat. ejus in N. T. in fol.* [h] *Præfatione ad lectorem Animadverſ. in IV. Evangelia.* [i] *Vide Prolegon. Sixtini Amamæ in Cenſuram verſionis vulgat. ubi hæc omnia ex graviſſimis Scriptoribus probat.* [l] *Tanta enim olim in Eccleſia erat barbaries, ut in Latinis authoribus Græcè nôſſe ſuſpectum fuerit, Hebraicè propè hæreticum, inquit Claud Eſpenſ. Epiſcop. 1. Timoth. III.* [m] *Quorum nomina inſra adduximus.* [n] *Prolixum Patrum ſic ſentientium Catal. affert Morinus Præfat. in verſ. τῶν LXX. S. 4.* [o] *Hieronymum enim & Originem ſi exceperis paucos Hebraicè peritos reperies. Vide Petr. Cun. de Repub. Heb. libr. I. c. 18.* [p] *Sic ſentit Ibn-Patrik in Chronologia Arabica M. SC.*

dam exiſtimârent, appellantes, extulerunt) libris publicis commendare, iisque, tanquam rivulis purè nonnunquam labentibus, crebriùs tamen corruptis, fontem Hebræum nobis obturare, adeóque plumbeis mucronibus contra hæreticos obtruſis, clavam Herculeam eripere conati ſunt. Verùm, utut fuco καὶ περιβλήματι πανούργως κοσμηθείη videatur hæc ſophiſtarum fraus, ſponte tamen ſuam detegit nuditatem: ut enim fundamentum nonniſi unicum eſt, ita omnes qui ab eo aberrant, vix firmo unquam ſubſiſtent pede, locóque fixo. Abeuntes ab editione Hebræa authentica Veteris, & Græca Novi Teſtamenti, eámq; ſuperciliosè faſtidientes, ad quamcunque tandem provocabunt verſionem, deſtituentur fundamento. *Si enim*, ut Guil. Ameſius ait, [q] *neque Hebraici Veteris, neque Græci N. Teſt. codices ſint fontes puri, tùm nulla eſt pura Scriptura in Eccleſia Dei.* [r] *Quid ergò reſtat, niſi ut valere æternùm jubeamus ſacras literas, ſi nullum illarum exemplar verum eſt?* Unde quamdiu ab immota hac veritate abſumus, fluctuantes hinc inde ad ſtrophas non ſine naufragij periculo impellimur. Id quod obtingit viro, ſuo [ſ] quidem judicio, *doctiſſimo*, ſed collegæ in Profeſſione, Fratris in religione, teſtimonio, *pervicaciſſimo*, JOHANNI MORINO *Bleſenſi*: qui, ut eſt Pontificis aſſecla, gnatho & cinicularius devotiſſimus, ita nihil non in gratiam Eccleſiæ Romanæ, per fas & nefas, ſibi audendum ratus fuit. Superat is, fateor, communem Monachorum ſortem: volvit, revolvit primæ, mediæ, & ultimæ ætatis Theologos, Rabbinos, Hiſtoricos; ſed omnia, quibus authentica Hebræa Veteris, & Græca N. T. ex omnium ſeculorum ſcriptoribus, editio illuſtrari potuiſſet, callidè, ut felicius quod fovit monſtrum proferret & probaret, ſuppreſſit. Noverat [t] Iuſtinum Martyrem, [u] Euſebium, [x] Originem, [y] Hie-

[q] *Bellar. enervat. t. 1. p. 19.* [r] *Sim. Muſius Aſſert. Heb. verit. altera p. 168.*
[ſ] *Idem in præfat. Aſſertionis primæ.* [t] *Sermone ad Græcos ſive Gentes p. 17.*
[u] *Præparat. Evang. lib. VIII. p. m. 205.* [x] *Citante ſic Hieronymo ad Eſ. cap. VI.*

[y] Hieronymum, [z] Auguſtinum, [a] Ambroſium, [b] Lyram, [c] Acoſtam, [d] Gratianum, [e] Iohannem Iſaacum Proſelytum Chriſtianum, [f] Ariam Montanum, [g] Ludovicum Vivem, [h] Salmeronem, [i] Eraſmum, Hieronymum [l] ab oleaſtro Inquiſitorem Luſitanum, [m] Philippum Gamachæum, [n] Nicolaum Serarium, [o] Andream Vegam, [p] Simeonem Muſium, cæteróſq; viros tam in Orthodoxa, quàm Pontificia Eccleſia celebres, non aliò quàm ad fontes Græcos & Hebræos, ubi ſit verſionum diſcrepantia, nos rejicere. Id tamen, ne veritati cedere, cedere alioquin neſcius, videretur, ab ijs diſcere noluit. Sed, quod plerunque accidit, incidit in Scyllam, dum vult vitare Charybdim: dum Iudæorum, olim veri illius populi Dei, reſpuit libros, ἀμφιβίων, Semijudæorum, Samaritanorum videlicet, quorum & ſcripta, & ſacra, exiliorum frequentia, devaſtationes, incurſiones, longè facilius quàm Iudæorum per totum orbem diſperſorum, obſcurare atque depravare potuerunt, recipit monumenta, eáque authoritate plus quàm dictatoria canonizat. Sed eheu! quàm opportunè, quàmq; commodè ad veritatis illuſtrationem omnia hæc ſunt dicta? Iam jam illuxit ille dies, quo ab ipſis, etſi reluctantibus & nihil tale cogitantibus adverſarijs, in apricum profertur veri-

[y] *Epiſtola ad Sun. & Fretel.* [z] *De Civitate Dei lib. XV. c. 13. Et de doctr. Chriſt. lib. II. c. 11.* [a] *De Incarnatione Domini cap. VIII.* [b] *Vnde ſæpe carpit verſionem Latinam, eáque relicta editioni Hebrææ inſiſtit. Vide cap. IV. Gen.* [c] *De Chriſt. revel. lib. II. c. 16.* [d] *Diſtinct. IX Can. ut veterum &c.* [e] *Contra libros Lindani de optimo genere interpretandi Colon. apud Iac. Soter. 1559.* [f] *Vide verba Sixtini Amamæ de hoc anathemate, in Proleg. Cenſ. Vulg. c. 5. S. 4.* [g] *Comment. in Auguſt. de Civitate Dei lib. XV. c. 13.* [h] *Lib. I. de Proleg. in SS. Evangelia.* [i] *Lib. de Ratione veræ Theologiæ p. 17. & ſeq.* [l] *Præfatione Commentarior. in Pentateuchum.* [m] *Comment. in primam partem Thomæ, ad quæſt. 1.* [n] *In Proleg. Biblicis c. 19. q. 11.* [o] *Lib. XV. in Concil. Trident. c. 9. ubi & hoc notandum, duos illos poſtremos authores aſſerere, ne quidem Concilij Tridentini decreto quidquam deceſſiſſe veritati Hebrææ.* [p] *Libr. de Verit. Edit. Hebr.*

veritas. Iam tandem aliquando placuit Deo, ignominioſam illam,[q] Eccleſijs in Gallia, adeóque toto orbe aſperſam à Ieſuitaſtris maculam, per ſpongiam Ieſuiticam eluere & abſtergere. Diu ſatis & audacter Schiſmatis Samaritici calumniâ noſtros oneraſtis. Diſcant nunc veſtri à vobis, quàm longè à Samaritanis, eorũ ſcriptis & moribus abſimus. Morinum, hominem in caſtris veſtris non contemnendũ, audiant, qui tanto niſu Scripturas Samaritanorum corruptas defendit. Quid? defendit? imò canonizat: Sacra, templúmq; eorum ita vindicat, ut vel plura vel vehemẽtiora à Samaritanis expectari non poſſent. Quo quid aliud vult, niſi toti mundo, quàm ſolicitè Samaritanorum ambiat amicitiam, ſignificare? A Doctoribus certè Reformatis ſi tale quid vel obſcuris verbis caneretur, quibus non exagitaretur ſtimulis, percuteretur fulminibus? Hinc igitur æquus judicet lector, utris meliori jure Samaritanorum nomen impingi poſſit, illisne, qui pro ijs tanquam aris & focis decertant; an his, qui cum Scriptura ſacra, Apoſtatas eos pronuntiant? Aſſideat graculus graculo, & ſimilis gaudeat ſimili. Verùm ſolo novitatis ſtudio σοφὸν hoc φάρμακον à Morino promanâſſe certũ eſt. Exploratè perſpecta habuit vota Virorum de Eccleſia Chriſtiana optimè meritorum, qui magno labore, multisque precibus Pentateuchum Samaritanum per aliquot ſecula Chriſtianis ſubtractum ex Oriente afferri deſiderârunt. Sitim profectò Ioſepho Scaligero ſuo tempore nemo extinxit. Unde lib. de Emend. Temp. VII. p. 663. *Qui*, inquit, *in Palæſtina peregrinantur, poſſent & alia, & Pentateuchum à Samaritanis adipiſci. Nam ſanè Chriſtianæ pietatis homines paulò hac in re negligentiores hactenus fuerunt; ex cujus rei cognitione uberrimi fructus, in ſacram Hiſtoriam redundarent. Spero non defuturos, qui voto noſtro ſatisfaciant.* Quàm avidè Vir Clariſs. & πολυγλώττων minimè poſtremus,

[q] *De hac calumnia vide, La Deuxieme partie du Triomphe de l'Egliſe, par Charles Drelincourt c. XXVII. p. 1053.*

mus S.S.Theologiæ, atque ipſius etiam Linguæ S.in Schola noſtra olim Profeſſor celeberrimus, Caſparus VVaſerus, Samariticum Pentateuchum videre anhelârit, non obſcurè commentarijs in Mithridatem Conradi Geſneri p.129. his verbis ſignificat: *A quibus* (Samaritanis) *ſi Pentateuchum extorquere, & Sedarim ſive annales habere poſſemus, multa quæ in ſacris literis adhuc obſcura, eorum operâ illuſtrarentur.* En voti ſcopum! Solicitè, magna illa lumina Eccleſiæ per αὐτοψίαν, quid de Pentateucho Samaritano habendum eſſet petierunt: Unde, ut conquireretur, omnem moverunt lapidem. Etſi verò plus fortè illi ſibi, quàm re ipſa invenimus, de illuſtratione locorum S.S.obſcuriorum, polliciti ſint, auſim tamen affirmare, & audacter omnibus ſpondere, Samaritanum Pentateuchum lectum, relectum & examinatum graviſſima argumentorũ pondera contra authenticæ Editionis Hebrææ oſores & roſores ſuppeditare. Contrarium planè, inuſitato exemplo, vult is, qui *primò* noſtro hoc ſeculo inſpexiſſe codicem Samaritanum haberi vult. Iactat, & ad nauſeam uſque imperitioribus, phaleratis, & ſeſquipedialibus verbis utilitatem illius in S.Sc.illuſtranda, ut authentiam ejus hac ratione aſſereret, inculcat. *Quis*, inquit, [r] *de hujus Scripturæ pretio dubitare poteſt, quam Patres tanti fecerunt, quam Græci translatam, ut ſemper illis præſtò eſſet, habere voluerunt, quàm toties qui edit LXX. Interpp. Romæ inſtaurârunt antiquorum ſcholiorum ope cum ſacro & authentico contextu comparârunt?* Sed quid nî, quod tanto conatu defendere ſuſcepit, obtineat? Quid nî, illis, quorum αἰσθητήρια non ſunt γεγυμνασμένα, authentiam Samaritani codicis perſuadeat? Cùm, araneæ inſtar, ex libro, ne quidem eruditis quibusvis, nedum abjectæ ſortis hominibus, viſo: ea tantùm excerpat, quibus homo novus, novæ & inſolitæ rei fucum facere, colorémque inducere poſſit. [ſ] *Novit nempe hominibus naturale eſſe, nova magis quàm magna mirari, mi-*

[r] *Exerc.IV.c.1.* [ſ] *Sic ipſe loquitur Morinus Exercit.II.c.VIII.*

ri, minimis rebus admirationem novitatem inducere, maximis conſuetudinem ſubducere. Rerum minimarum, inſolita ſi prodeant, ſpectaculum dulce eſſe: maximarúmque ſolita ſi decurrant nullum eſſe ſenſum. Solem quis obſervat (exclamat ille) *niſi deficientem? Lunam quis niſi laborantem?* Audio hic [t] molæ ſtrepitum, ſed ubi farina? Quare nactus hanc πανοπλίαν, & ſibi prodeundum, Goliath iſte exiſtimavit, ne in caſtris delite-ſcere, & cum gregalibus ſuis eandem cantilenam canere, id eſt, eadem ad defendendam Editionis Vulgatæ αὐθεντίαν arma cudere videretur. Quid verò molitur? prorumpit, & æmulus incendiarij illius Epheſini, nominis ad poſteritatem propagandi avidiſſimus, [u] *opus eruditæ novitatis ſingulare* aggreditur; [x] atque *curioſo novitatis ſtudio Pentateuchum Samaritanum adeptus non ſolùm confert, ſed & pauculam Gentem, in quibusdam Palæſtinæ, Syriæ, & Aegypti angulis latitantem inter tam ſæva pericula, támque crebras regnorum & populorum mutationes, mille annorum ſpatio ad noſtra uſq; tempora ſacros ſuos codices ita* ILLIBATOS *conſervâſſe, ut omnia illa, quæ de Pentateucho Samaritano ante mille annos retulerunt Sancti Patres, Græcorúmque Scholiaſtæ, eodem planè modo in ſuo ſe habere deprehenderit, miratur.* Quæ admiratio tandem Canonizationem in mente & cerebro Morini, difficili & infauſtiſſimo partu enixa eſt. Sed, quid verba hæc ὑπέρογκα miremur? Laudat quisque ſuas, utut abjectas, qui vult extrudere merces: clamore & μεθοδεία obtrudi venditori debet, quod ſe ipſum non commendat. Alioquin מרגליתא טבא כל דמשבחה פגמה id eſt, * *margaritam inæſtimabilem quicunque laudat, dehoneſtat eam.* Vinum ſuum nî ſpecioſâ hâc hederâ, apud vertiginoſos nonnullos, quibus vappa & fæces præ defæcato quovis & generoſiſſimo ſapiunt potu, fecerit vendibile mirum eſt! Quamvis

[t] *Elegans Arabum in nugipolyloquidas proverbium. Vide Theſaur Arab. Anton. Gigg. Rad.* טחן. [u] *Sic honorificè in libri Approbatione appellatur.*
[x] *Morinus Exercit. III. c. 1.*

vis autem ipſa natura nos moneat, non vociferationibus ſtreperis (quis enim, ut cum R. Salom. loquar,[y] ſtrepitum arborum ſterilium, quàm fertilium majorem ignorat?) attendendum, quin etiam hæc Morini deliria tam ſint ἀδιέλεγχα, ut, quod de Philoſophis κοσμοποιΐαν, varijs ſententiarum divortijs, diſcerpentibus dixit Baſilius,[z] οὐδὲ εἷς παρ' αὐτοῖς λόγος ἕστηκεν ἀκίνητος καὶ ἀσάλευτος, ἀεὶ τοῦ δευτέρου τὸν πρὸ αὐτοῦ καταβάλλοντος· ὥστε ἡμῖν μηδὲν ἔργον εἶναι, τὰ ἐκείνων ἐλέγχειν· ἀρκοῦσι γὰρ ἀλλήλοις πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνατροπήν. Id eſt, *Neque enim unus apud ipſos ſtat ſermo immotus & inconcuſſus, ſed ſemper poſterior priorem refutat: adeò ut non difficile eſſet illorum (deliria) convellere, ſed & ipſi ſufficiunt ad propriam ſui confuſionem*: Idem nobis hoc quoque loco uſurpare liceat. At, quia, ut loquitur[a] Epiphanius, accidit ut ἰδιῶται καὶ ἀφελεῖς παρὰ τὴν τῶν διδασκάλων ῥᾳθυμίαν μὴ ἀσφαλιζόμενοι διὰ τῆς διδασκαλίας, *ſimplices & Idiotæ homines per præceptorum negligentiam nullâ muniti doctrinâ, in devia facilè abripiuntur*, inprimis ubi in authores θανασίμοις μαλικεύτοις, nullis contradicendi aut refutandi argumentis inſtructi incidant. Idcirco neque oleum, neque operam perditurum me exiſtimavi, ſi librum,[b] *adverſus impias Novatorum criminationes*, à Veteratore contextum & conſutum, Ego, non veteranus, in hac palæſtra exercitatus, ſed νεόφυτος in fumum brevi hac διασκέψει redigere pro virili conarer. Fateor, non me eſſe [c] צורבא מרבנן aliósq;, quàm vix à limine orientem ſalutantis, ab illo, qui novo huic fætui, vel embryoni potiùs, vix dum lucem aſpicienti, parare funus, ejúsque jam funerati & combuſti oſſa legere atque in urnam condere ſtudet, requiri humeros. At, quod bona cum pace fiat, ubi de occaſione & ratione

[y] *Comment. ad Ieſ. c. VII. v. 2. ex Bereſchit Rabba.* [z] *In Hexaem. homil. 1.* [a] *Hæreſ. XXXIX. p. 62.* [b] *Sic calumniator ſycophanticè in Præfatione mentitur.* [c] *Proverbium Talmudicum, quo hominem doctum, ſubtilémque paſſim ſignificant. Propriè eſt* robur ſapientum.

tione inſtituti hujus nonnihil præmiſero, quin cæptum hoc meum, Viri cordati ſint approbaturi, diſſertationémque hanc benignè excepturi, dubito nullus.

QUINTUS lapſus eſt annus, quando in celeberrima Groningæ & Omlandiæ Academia, ſtudiorum gratiâ commoratus, ὐκ ἀπρονοήτως, in Judæum, nomine Saadiam fil. Levi, Maroccienſem, hominem quidem furioſum, ſed omnium, quibus innotuït, conſenſu ad invidiam & ſtuporem in Linguis Hebræa, Chaldæa & Arabica exercitatum, atq; in Biblijs, quorum partem primam, Pentateuchum nempe, promptiſſimè memoriter recitaverat, verſatum, incidi. Is, colloquijs pariter quótidianis, & epiſtolis ad me datis, ita animum meum inflammavit, ut, (neceſſitatem Linguarum Orientalium ad adyta Sacro-ſanctæ Theologiæ feliciùs reſeranda, tum aliorum monitis, dictis, & ſcriptis, tum ex quotidiano uſu animadvertens) promtitudinem, quam in ſcribendo & loquendo præ ſe ferebat, non tantùm, pro modulo, in Hebraicis imitari deſiderârim; ſed etiam in illis aliquo progreſſus, ex conſilio Clariſſimorum totóque orbe Celeberrimorum Theologorum, D. Franciſci Gomari p.m. & D. Henr. Altingi (quem, ut Deus diutiùs in bonum periclitantis Eccleſiæ conſervare dignetur mecum vovent omnes pij:) animum ad Linguas cæteras orientales, quantùm otium à Theologicis ſtudijs permittebat, Arabicam cumprimis appulerim. Vixdum autem è Grammaticæ Arabicæ carceribus, Præceptore Doctiſs. D. Matthia Paſore, Mattheſews & Philoſophiæ Moralis ibidem Profeſſore dimiſſus, Epiſtolium, utcunque Arabicè, ex Pſalterij Phraſeologia conſarcinatum, ad virum omni ſtudiorum genere politiſſimum, multiſque nominibus mihi colendum, D. Jacobum Altingium, Profeſſorem in Academia Groningana Linguæ S. digniſſimum, amicum certiſſimum, Leidæ tum ſubſiſtentem miſi. Ex quo, Magnus ille, & nunquam ſine honoris præfatione nominandus, Dn. Jacobus Golius,

Arabicæ Linguæ & Mattheſεως in celeberrimo Leidenſium Athenæo Profeſſor publicus, Arabizantium hoc ſeculo facilè princeps, cùm ardorem qualemcunque in literas Arabicas perſpexiſſet, agellum ingenij quoque mei, etſi ſterilem irrigandum operâ ſuâ, vix unquam ſatis deprædicandâ, exiſtimavit. Voluit igitur, Vir ex humanitate & liberalitate totus compoſitus, ut per Doctiſs. D. Altingium literis, quas ad me dedit Hebraicè politiſſimis, Groningâ relictâ, Leidam veniens & hoſpes eſſem ejus, & diſcipulus. Parui, & ſummi Theologi Altingij conſilio & ſuaſu occaſionem, quâ vix obtingere potuiſſet optatior, avidè arripui. Quamprimùm autem tectum ejus, menſe Januario anni MDCXL. ineuntis ſubintravi, de Samaritanis, eorum cumprimis characteribus nonnulla prima nocte fuêre mota. Obſcura autem illa cùm mihi eſſent, meúmque captum (nam de Samaritanis, eorum literis & moribus, nonniſi quaſdam σκοτεινὰς habui ἀκοὰς,) ſuperarent, neq; quid reſponderem ſuppeteret; non tantùm, ubi multa pręclarè de propoſita quęſtione Ille diſſeruiſſet, aures meas mentione integri Samaritani Pentateuchi, Samaritanis literis ante aliquot ſecula Damaſci conſcripti, & à ſe, nî fallor, operâ Antonij Dorati mercatoris Veneti, ex Oriente reduce in inſtructiſſimam Leidenſium Bibliothecam illati, ferijt: ſed &, ne ſpe mea exciderem, neque vir tantus deſiderium, tandem aliquando tam rari libri videndi, ulteriùs ſufflaminaret, Pentateuchum illum omni abjectâ morâ, cum R. Majemonidis præclaro, & [d] plenis buccis à Scaligero commen-

[d] *Epiſtolar. lib. III. Epiſt. CCXXXVII. Quanta lætitia me affecerint tua, cum libro More Hannevochim: alio argumento quàm Epiſtolâ tibi probandum eſſet. Scito igitur, pluris mihi eſſe librum, quàm* ἰσόμετρον χρυσὸν *miſiſſes. Et Epiſt. LXII. ad Iſaac. Caſaub.* מורה הנבוכים *non poteſt ſatis laudari. Habeo illum librum MSC. ſermone Arabico, charactere Iudaico &c. Non puto hodie Arabicum extare inter Iudæos Europæos, neque inter Chriſtianos, præter meum. Et lib IV. Epiſt. CCCLXII. More Hannevochim Arabicè à R. Moſe ben Majmon conſcri-*

mendato opere, MORE HANNEVOCHIM, Rabbinicis quidem, ſed longè elegantiſſimis literis, dialecto Arabica (in qua primitùs ſcriptum, exindéque in Linguam Hebræam translatum fuerat,) aliîsque, quorum & uſu & lectione, non parum juvari me reapſe ſentio, libris antiquiſſimis fronte ſerena ſuppeditavit. Id enim, quod ſemel monere neceſſe eſt, ingenuè profiteor, Manu ſcriptorum Arabicorum meorum, quorum ſubinde facio mentionem, ſupellectilem, utut curtam, ſoli, ſi à Deo diſceſſero, Clariſſimo D. Golio, ejúſque munificentiſſimæ liberalitati, humanitati, & juvandi ſtudio acceptam ferre. Sed poſtquam Samariticorum characterum, nunquam antè oculis uſurpatorum monſtroſa me deterruiſſet figura, neque ſpes ulla, ſine exercitio, de lectione expedita appareret, devorãda fuêre pertinaci quodam ſtudio non pauca. Salebris verò tandem ſuperatis, laboribúsq; elementaribus exantlatis, cùm jam ad ipſam mihi collationem pateret aditus, ne nauſea longioris moræ obreperet, unúsque ego totum hoc ſulcare cogerer pelagus, laborum ſocios aſcivi Viros Doctiſſimos, mihique tum amiciſſimos, Dn. Jacobum Altingium & D. Johannem Penonem, Emdanum, Illuſtriſſimæ Principiſſæ Haſſiacæ, dum Groningæ ſedem figeret, à Concionibus ſacris; quibus cum ita percurri Pentateuchum integrum; ut illi legendo vulgarem, ego inſpiciendo Samariticum, quis utriusque conſenſus eſſet, quis diſſenſus, ὀφθαλμοφανῶς obſervarem. Prima illa cura, etſi ferè proletaria, ejusmodi tamen fuit, ut non tantùm jam, tanquam ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα cognoverim, ſed etiam animum, accuratius, per φροντίδας δευτέρας, inſtituendi ejusdem examen, incitârit. Relegi igitur, ut, quæ fortè ob vocum diſtractionem, aliáque, quæ Pentateuchus ille peculiaria habuerat, viſum fugerant, hac ſecundâ curâ, emendarentur. Sed ne quis Pentateuchi, non uſq; adeò

 bene

ptus litera Iudaica, nondum editus. Liber plenus bonæ frugis, abſtruſæ eruditionis, & Theologis Chriſtianis apprimè neceſſarius.

bene percepti, remaneret ſcrupùlus, tertia lectione exemplorúmque collatorum correctione fui defunctus. Interea, cùm multa ſeſe obtuliſſent, quæ *παροράματα τῶν παρεγγραφόντων* videbantur, oppidó aliud, operâ ſæpius, nunquam tamen ſatis à me laudati Clariſs. D. Golij advolat Pentateuchi Samaritici exemplar, quod Vir Illuſtriſs. Jacobus Uſſerius Archiepiſcopus Armachanus, ſummo, atq; ad literarum Orientalium culturam divinitùs conceſſo, ſed eheu! nimia laborũ, vigiliarum, lucubrationum mole *ἐν ἀκμῇ* ferè erepto, & ad ſedes cœleſtes translato D. Ludov. de Dieu, Eccleſiæ Leidenſis Paſtori, & Collegij Gallo-Belgici Regenti meritiſſimo, ex Hibernia tranſmiſit. Illorum inter ſe collatio, quantum mihi attulerit admirationis, haud facilè dixerim: Vidi conſtantiam utriusque in eo, quod, vel non, vel ſæpiſſimê malè Hebraicè & ſcriberent & loquerentur. Adeò ut ex inſpectione illorum codicum illicò mirari ſubierit, reperiri homines novos *ἀλλοτριοεπισκοποῦντας καὶ καινοτομοῦντας*, qui, ſolo novitatis & *φιλονεικίας*, ne inter ſuos tacuiſſe videantur, ſtudio, Pentateuchum illum Apoſtatarum, per mille ferè annos inter Chriſtianos vix ſemel atque iterum viſum, pro Pentateucho vero & illibato venditare non erubeſcant. At quoniam de Pentateuchi Samaritani genuina lectione, (nam & ipſe omnibus punctis vocalibus, accentualibus & umbilicalibus deſtituitur,) verborúmque ſenſu, ſine verſionis ejusdem in Linguas alias ſubſidio, judicium ferre difficile admodùm fuiſſet, non ſine fructu fragmentum verſionis Arabicæ, textui Samaritico collateraliter attextum in aliquot Geneſeos capita, ab eodem D. Lud. de Dieu precariò, D. Golij authoritate intercedente, obtinui. Ex evolutione vérò horum exemplarium, tandem id conſecutus fui, ut, ubicunque hujus recentis controverſiæ à viris doctis injecta eſt mentio, ego quoque balbutiens, quid obſervârim, *ὡς ἐπίμετρον*, adjecerim. Cùmque aliquando Hagam Comitis profectus, cum Theologo ſummo, *Andrea Riveto*, de

non-

nonnullis conferrem, inter alia Morini impudentiam Cyclopicam, quâ *Pentateucho Samaritano nimium tribueret*, non tantùm exploſit; ſed & Clariſs. D. Lud. de Dieu, ut impudens Monachi os obthuraret, inſtigâſſe, indicavit. Hinc, Hagâ Leidam reverſus, D. de Dieu adeundi occaſionem venatus fui, quam opportunè adeptus, avidè etiam arripui. In Muſæo, quod revera omnium Muſarum erat domicilium amœniſſimum, præter alia, quæ in Ephremi Syri carminibus ex Hybernia transmiſſis, punctis vocalibus verſionéque donavit, ea cumprimis, quæ contra Morinum hac de Controverſia conſcribere cæpit, benignè communicavit. Illa potiſſimùm, tanquam arietem immotum contra Monachum in medium proferens, quibus primam argumentorum noſtrorum aciem inſtruximus. At licèt hæc, pluráq; alia, quæ à Viro hoc πολλῶν ἀντάξιω ἄλλων proficiſci potuiſſent, lurida nobis atq; immatura ſurripuerit mors, nihilo minus ſuâ id effecit induſtriâ, ut alios, idem tentandi, ſi non pari ſucceſſu & felicitate, mediocri ſaltem imitandi ſtudio, tanquam ἐργοδιώκτης poſt mortem extimulârit. Ipſe ego, ad patrios reverſus lares, & opportunius nactus otium, de varijs Pentateuchi Samaritani lectionibus in certas reducendis claſſes cogitavi. Neque verò eo animo labores iſtos ſuſcepi, ut unquam luce dignos illos æſtimarem, vel diſquiſitioni publicæ ſubjicerem, ſed ideò tantùm, ut, quid hac de controverſiâ, impiè quidem à Morino, (ſic enim ex auditione habui aliorum) ſpecioſè tamen, pro ſede Romana deciſa, habendum eſſet, penitus cognoſcerem. Tandem verò operâ, & liberalitate, Viri Clariſſimi, ac ſine controverſia Hebraizantium, ſive Chriſtianorum, ſive Judæorum coryphæi, D. Johannis Buxtorfij SS. Theol. Doctoris & Linguæ Sanctæ in celebertrima Rauracorum Academia Profeſſoris meritiſſimi, fautoris & amici plurimis nominibus obſervandi, non ſolùm nactus auream illam, de literis Hebræorum diſſertationem, quâ & Morini, & aliorum Mo-

rini partes defendentium, de antiquitate, & divina origine literarum Samariticarum ſententiam doctiſſimè & ἀναντιρρήτως ex antiquitate veneranda refutavit, characteribus noſtris, quos eruditi quique Chaldæos ab Esdra demum introductos crediderunt, & ſecus ſtatuentes indignè exceperunt, nitorem & veram originem aſtruxit; ſed etiam ipſas *Morini in utrunq; Samaritanum Pentateuchũ Exercitationes* adeptus fui. Cúmq; in illis vel obiter inſpectis, authorum quidem congeriem, loquacitatis ἀμετρίαν, ſed argumentorum exiguam deprehendiſſem vim, mentem mutare, ſtylúmq; vertere cœpi. Eúmq; in finem, quantùm permiſerunt aliæ occupationes, ſucceſſivè, ut paucis jam argumentis, alijs aliò rejectis, Morini vanitatem, impiámque in Canonizatione Scriptorum Samariticorum temeritatem perſtringerem, hanc adornavi Diatriben, non quidem ab ingenio excultam, vel ab arte limatam, vel ab induſtria elaboratam, confundendæ interim, recens eruditis à *Morino*, quem non abs re [c] סחאב צלף dixeris, ſententiæ propinatæ, ut ſpero, ſufficientem. Atque hæc ſunt quæ de occaſione propoſiti hujus præfari licuit.

Nunc ad Vos, Viri *Magnif. Nobiliſſ. Ampliſſ.* Mæcenates ſummè ſuſpiciendi, me convertam, paucisque, cur primitiæ hæ ſtudiorum publicorum Veſtro Nomine prodire geſtiverint explicabo. CONSTITUIT Vos æternus, καὶ τῶν ὅλων Θεὸς, non [f] tantùm ποιμένας λαῶν, ſed &, quod ſymbolũ eſſe debet & teſſera omnium Chriſtianorum Magiſtratuum, Eccleſię [g] Nutritios & utriuſque Tabulæ Cuſtodes, quò authoritate publica, quam divinitus Præſidibus Rerumpublicarũ conceſſam, non abs re [h] *umbram ipſius Dei* quidam appellat, non ſolùm omnes illos, qui perfrictâ fronte & præfracta mente ſepimentum

---

[c] *Id eſt, Nubes* ἄνυδρος. *Eſt autem proverbialis apud Arabes in eos, qui largi in promiſſis ſuis, aut in commendandis laboribus ſuis multi ſunt, locutio.* [f] *Sic Homerus Magiſtratus appellat.* [g] *Ieſ. XLIX. v. 23.* [h] *Ali Imperator Muslimicus in Proverb. Arabicis.*

tum legis divinæ vitijs & ſceleribus rumpunt coërceatis, ſed & illos, qui ipſum Canonem Tabularum Legis, tam ſeriò proceribus T.V. commendatum, ſui cerebri figmentis vel conſpurcant & infeſtant, vel etiam alium cudunt, magnanimiter reprimatis. Id quod cùm Antagoniſta noſter, Johannes Morinus copijs ſuis ab ἀλλοφύλοις Samaritanis collectis, in opprobriũ Dei Iſraëlis omnibus nervis tentet, quid nî telis ab Authoritate Veſtra emiſſis confodiatur? Lapidibus per me, minimũ veſtrum clientem in peram collectis, feriatur, penitúsq; dearmatus exuatur? Nam, horreo dicere, portentum hoc noſtro edidit ſeculo Morinus, quo poſt hominum memoriam nullum commemoratur prodigioſius. Monſtrum eſt, quod niſi ex Eccleſia ſolidis rationibus ſolum vertere jubeatur, omnia pervertet Legis divinæ jura. Cadet omnis templi Hieroſolymitani Majeſtas: Eripientur omnia Iudæis λόγια Θεȣ̃: Mendacij (abſit blaſphemia dictis) accuſabuntur omnes Prophetę, Chriſtus Servator, & Apoſtoli: Corruet fides noſtra, & quicquid de Lege divina fide verá & ſincerâ hactenus credidimus, erit vanũ & inane. Phui! Ad hæcne, quæ, ut avidiùs arripiantur, ipſi Cardinali Richelieu, i *Eccleſiæ* (ſi credere fas eſt) *Principi*, in Orthodoxorum ignominiam autor dedicavit, Chriſtianus orbis ſileat? Trophæa huic alaſtori ultrà permittat? Abſit, abſit procul. Quare, Viri M.M.A.A. ut & à latratu rábidi hujus canis porrò immota ſtet Legis Moſaicæ authoritas, *Veſtram*, veræ Eccleſiæ *Principum & Procerum*, in cauſa tam ſancta authoritatem implorare & debui & volui.

DEINDE, cùm inde à juventute mea, domi, foris q; affectus Veſtri paterni, benevolentiæ inuſitatæ, munificentiſſimæq; liberalitatis in me collatę, gratiſſimo agnoſcã animo ampliſſima τεκμήρια, quis vitio mihi vertet, ſi chartã hanc, etſi tenuẽ, gratitudinis debitæ teſtimonium atq; teſſeram, adeóque prodromum futurarum, ubi Deus vitam conceſſerit & vires, lucubra-

)( )( )(

i. *Hoc ipſum, in dedicationis veſtibulo, titulo Morinus inſignit.*

cubrationum ſubſternam? Sed præfari deſino. Deum Ter Opt. Maximum precor, ut M.M. & A.A. V.V. porrò divinæ clientelæ ſuæ umbone ſic tegat, ut Reipublicæ, Eccleſiæ, & Scholę noſtrę, turbulentiſſimis iſtis & ad incitas redactis temporibus cælitùs armati, adversùs omnem hoſtium veritatis rabiem & IPSI Tuti præſitis, & nos Prudentiâ Veſtrâ, Fortitudine & Magnanimitate ſecuros præſtetis; Amen. Tiguri die 10. Julij, Anno ἐνανθρωπήσεως Chriſti M DC XLIV.

Amplitudinum Veſtrarum devotiſſimus

JOHANNES HENRICUS HOTTINGERUS,
Linguæ Sanctæ, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ
Profeſſor.

Admonitio ad Lectorem.

Ne mala fide, titulisque ſuppoſitijs authores MSS. citâſſe videamur, conſultum erit eorum hîc nomina, authoritatémq; αὐτολεξεὶ ex Catalogo Bibliothecæ Leidenſis, quem, cùm ad umbilicum jam Exercitationes has perduxiſſem, à præſtantiſſimo, doctiſſimóque Viro, Domino Henrico Clignet Aquisgranenſi, amico ſingulari Leidâ accepi, exprimere, ut ita quid Bibliothecæ tam illuſtri, ad quam, parario Clariſſimo D. Golio, aditus mihi patuit, debeam, publico teſtimonio conſtet.

LIBRI QUI IN HIS EXERCITATIONIBUS citati ex legato SCALIGERI meis inſervierunt uſibus, ſunt:

1. *More Nevuchim, ſeu Doctor perplexorum Rabbi Moſis Filij Maimonis; Linguâ Arabicâ (quâ ab ipſo authore conſcriptus eſt) ſed charactere Ebræo. Præſtantiſſimum opus, ſed in fine pauca quædam deſiderantur. In fol.*

2. *Chronicon Samaritanorum ab Exitu filiorum Iſrael ex Aegypto, ad tempora uſque Antoninorum, incerto auctore, Linguâ Arabicâ, ſed charactere Samaritano, circa finem tamen, cùm properaret*

pararet librarius literas Arabicas. (quæ celeriùs pinguntur Samaritanis) quin voces etiam & interdum quoque lineas integras Samaritanis inſperſit. In exiguo quarto.

EX LIBRIS MSS. ARABICIS QUOS EX Oriente advexit J. Golius.

1. *Pentateuchon Samaritanorum in pergameno exaratum charactere Samaritanico.*

2. *More Nebochin Rabbi Moyſis Majemonidæ. Arabicè, prout ab ipſo authore ſcriptus, charactere Ebraico.*

3. ואפיאת אלאעיאן ואנבא אלזמאן לאבן חאלכאן *Hiſtoria Virorum illuſtrium, qui floruerunt ſub Arabum Imperio, authore Ibn-Chalican. Volum. 3. fol.*

4. תפסיר אלקראן ללביצאוי *Commentarius Beidavi in Coranum. Volum. 2. fol.*

5. קצץ אלאנביא ללכסאי *Hiſtoriæ Prophetarum, ſecundùm Arabum traditionem, authore Keſſæo.* Duo inſpexi & conſului exemplaria charactere potiſſimùm, raro re ipſâ, differentia.

6. כתאב אלאגובה ואלסולה לאבן אדרים *Ibn Edris reſponſa & quæſita de Religione.*

Ex Bibliotheca verò Clariſſimi D. Golij, nomine quidem privata, copiâ tamen & ſelectu Librorum MSS. Arabicorum cum Regijs conferenda, ſequentes in hoc tractatu commemorantur.

I. כתאב אלתאריך *Liber Chronicorum Saidi ben-Patrik natione Aegyptij. Ex quo Nobiliſſimus Seldenus Anglus, non pauca Latinitate donavit, iisque ſcripta ſua omni eruditione referta, De ſucceſſionib. ad leg. Hebræ. De jure gentiū &c. condivit. Splendido etiā elogio Petrus Golius Epiſtola familiari Halebo ad fratrem D. Jacobum Golium miſſa, hunc Patricidem ornat:* Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripſit Saidus Ibn-Patrik, Patriarcha Alexandrinus, & artis medicæ peritiſſimus, quam ſatis eleganti & facili ſtylo pertexuit. *Ejusdem* כתאב עיון אלאנבא פי טבקאת אלאטבא *Claſſes ſeu hiſtoria Medicorū, diſtincta ſecundum gentes & ætates (ſic enim liber ille autem in Catalogo appellatur) honorificentiſſimum*

mam mentionem injiciunt, ſtudiúmque in conſcribendis libris Medicis, Theologicis, & Hiſtoricis commendant.

2. *Verſio Arabica Pentateuchi, quam Illuſtriſſimus Vir Cornelius Haga, Præpotent. Belgij Confœderati Ordinum apud Imperatorem Turcicum Legatus per annos plures ordinarius, de optima nota commendatum ſibi comparavit. At unde translatio iſta enata, ex his in fronte libri poſitis verbis colligitur :* אלתוראה עלי : מא נקלה אלסבעין שיכא ותרגמה אלי אללעה אלערביה לחרת אבן סינא *Lex prout eam tranſtulerunt ſeptuaginta Seniores, quam vertit in Linguâ Arabicam Harit Ibn-Sina. Hujus etiam verſionis Exemplar aſſervatur in Nobili Hiſpanorū Bibliotheca Laurentiana, cujus Catalogum vix flammis ereptum Antverpiâ Clar. D. Golius accepit, in quo & annus Translationis exprimitur :* Libri Pentateuchi traducti à Lingua Chaldaica in Arabicam per Haritem Ibn-Sinam, juxta ſeriem LXX. Interpretum antiquorum, anno à fuga Muhammedis 891. *In plurimis tamen, iisque locis difficilimis à Græcis Interpretibus δὶς διὰ πασῶν diſtat.*

Monenda, addenda, corrigenda.

Abſentiam Mappik *& Dages in litera* ה*: B. L. typorum defectui condonet. Præf. f. 1. p. 2. l. 8. leg.* ἐπιδείκνυται. *fac. 2. l. 27. le. Prolegom. p. 3. l. 22. leg. cinerarius. p. 4. fa. 2. l. 19. ſesquipedal. & l. 23. leg. Edit. fol. 2. p. 1. f. 2. l. 18. adde, incruſtatos. P. 4. l. 19. le.* שֵׁבֶט. *P. 16. lin. penult. & P. 18. l. 18. leg. XLVI. P. 22. l. 14. le.* כֹּהֲנִים. *& l. 15.* בְּגָדִים *P. 36. l. 1. leg.* אֶרֶץ. *P. 41. l. 4. poſt Aſima, adde, Et ecce propter honorem* Dei *fit, quòd non meminerit ejus (nominis* Dei*) Mardocai in hoc libro. P. 44. l. 25 leg. accuratiùs. P. 49. l. 21. verte : addet deſerere illum. P. 52. l. 22. poſt, Morinum, adde: & alios. P. 54. l. 17. le. Jehova. & l. 18. Azariam. P. 57. l. 7. leg.* ἐμφατικῶς. *P. 60. l. 20. leg.* רְהָטִים. *P. 75. l. 1. leg. frequentiſſimè. P. 77. l 13 leg.* מַלְבֻּיָא. *P. 78. l. 25. leg. Bos. P. 82. l. 11. leg.* יוֹנָתָן. *& l. 28. dele, eſſet. P. 87. l. 20. leg.* עָשִׂיתָה. *P. 92. l. 18. le. partientur. P. 94. l. pen. poſt, &, adde, Rabbin. P. 102. l. 10. leg. pro & i. etſi. P. 107. l. 22. leg. meliùs. P. 110. l. 19. Poſt ijs, dele comma. P. 114. l. 17. oretenus. P. 115. l. 16. interitum. Cætera Lector Benevolus facilè corriget.*

EXERCITATIONES ANTI-MORINIANÆ, DE PENTATEUCHI SAMARITANI OUDENTICA

authentia, θετικῶς propoſitæ.

I.

UNiverſa Sacra Scriptura Canonica, (Apocryphos enim libros, linguâ pleroſq; Græcâ, Judæis planè prophanâ ſcriptos, ſucceſsuque temporis Canoni noſtro adjectos & primæ, & mediæ, & ultimæ ætatis Hebræi ex Canone Scripturarum θεοπνεύστων eliminârunt) quam auguſtè admodùm Judæi à ſanctitate ſingulari, voce aptè compoſita 1. [a] מִקְדְּשְׁיָה *ſanctuarium Domini*: 2. à ſcriptione [b] הַכָּתוּב *ſcriptum, ſcripturam*, & cum Epitheto [c] כִּתְבֵי הַקּוֹדֶשׁ vel סִפְרֵי הַקֹּדֶשׁ *ſcripta, libros Sanctitatis i. e. ſanctos*: 3. à legendi neceſſitate & utilitate [d] קְרָא & [e] מִקְרָא *lectionem*: 4. à verſuum diſtinctione [f] פָּסוּק *verſum*: 5. à ritu orientalium conſcribendi libros in membranam, ut convolvi & [g] ἀναπτύσσεσθαι commodè poſſit, longam & latam מְגִלָּה *volumen*, quam vocem LXX. Interpretes, ut [h] nonnullas alias, ter-

A mino

[a] *Ephodæus præfat. operi Grammatico præfixa. Petrus Galat. de arcanis Cathol. Verit. libr. I. c. 1.* [b] *Frequenter apud Rabbinos ſic dicitur. vide Eliæ Thisbit. in voce* כתב. [c] *Exempla in Scriptis Rabbinicis ubivis obvia ſunt.* [d] *Halic. olam tract. 2. c. 1. p. m. 37.* [e] *Sic Nehem. c. VIII. v. 8. ex communi interpretum ſenſu ſumitur. Videatur & in pirke Aboth. c. ult. ſ. 21.* [f] *Vide Lexic. Clariß. Buxtorfij Rad.* פָּסַק. [g] *Vox eſt beati Lucæ c. IV. 7. qua, ad hunc reſpiciens morem, utitur.* [h] *Exod. II. v. 3. vocem* תֵּבָה *LXX. reddunt per* θίβιν, & *c. XII. quos Hebræi* גֵּרִים, *Chaldæi & Syri* גִּיּוֹרִין *appellant LXX. Interp.* γειώραις

mino [i] Hebraico,ſed Græca flexione donato κεφαλὶς Pſal.XL. v.8.Ezech.III.v.1.expreſſerunt. 6.à numero librorũ [l] עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה εἰκοσιτεσσαράβιβλον appellant,alijsque ἐμφατικωτέροις inſigniunt nominibus: jam inde à tempore longo, per Eſdram & viros [m] Synedrij magni diviſa eſt in tres partes,videlicet in [n] תּוֹרָה *Legem*; נְבִיאִים *Prophetas*; quorum alij רִאשׁוֹנִים *priores*,alij אַחֲרוֹנִים *poſteriores*; & כְּתוּבִים γραφεῖα (prout retento Hebraiſmo, non minùs eleganter, quàm propriè hoc vocabulum ab Epiphanio [o] redditur) *graphéa*, ſic appellata, teſte Kimchio, [p] שֶׁהֵם כְּתוּבִים בְּרוּחַ הַקֹּדֶשׁ, *quod ſcripta ſint ex inſtinctu Spiritus Sancti*: unde & uſitatiſſimè Patribus juxtim, & Theologis recentioribus Ἁγιόγραφα vocantur.

II.

Præſens verò hoc noſtrum, σὺν Θεῷ καὶ πόνῳ, inſtitutum fert,ut Prophetis & Hagiographis prætеritis,primæ Scripturæ parti,Legi nempe,Exercitationes has conſecremus.

III.

Sed quia [q] ἵνα διάλεξις ἀκωλύτως προβαίνῃ, καὶ μηδὲν τῶν ἀμφιβαλλομένων μεταξὺ ζητούμενον διακόπτῃ τὸν λόγον, δεῖ εὐκρινεῖς γενέσθαι τῶν ὀνομάτων τὰς σημασίας, *ut diſcurſus ſine impedimento procedat, & nulla ambiguitas,explicationi interjecta, retardet ſermonem, oportet nominum ſignificationes planas fieri*,Legis nomen,quod πολύσημον eſt,& *modò* quam libet Dei inſtitutionem,quo ſenſu Pſal.XIX.v.8.ſumitur: *modò* certam Legis ſpeciem,ſive illa ſit moralis,Luc.X.v.26. ſive ceremonialis,Luc.II.v.22. ſive Forenſis,Joh.XIX.v.7. denotat; hoc loco

---

dicuntur: quod à Iuſtino Martyre Dialogo πρὸς Τρύφωνα *p.115.retinetur.* [i] *Eſt enim à* כָּפַל *duplicare, q.d.* διπλούμενον: *Sic ſentit Nicolaus Fullerus in Miſcell. ſacris lib.11.c.X.* [l] *Vide Thisbitem in voce* כתב. [m] *Vide Comment.Maſoreth.Ioh.Buxt.c.XI.* [n] *Vide Targum Cantici Canticorum.cap.V.v.10. Et, quod probè tenendum,ipſum Chriſti teſtimonium Luc.c.XXIV.v.44.Comment. Maſ. Buxtorfij c.XI.* [o] *Hæreſ.XXIX.p.m.58.* παρ' αὐτοῖς νομοθεσία, καὶ προφῆται καὶ γραφεῖα. [p] *Præfat.in Pſalmos.* [q] *Theodoretus Dialogo II.c.3.*

loco ad doctrinam quinque libris Moſis comprehenſam reſtringimus, quo ſignificatu ipſe Servator noſter utitur Luc. XXIV.v.44. Eleganti & ab Eccleſia recepta voce *Pentateuchus* dicitur.

IV.

Πεντάτευχος ſcilicet βίβλος (amant enim Græci ejusmodi nomina in fœminino genere ἐλλειπτικῶς poſita ſubintellecto ſubſtantivo aliquo: ſic ἡ δεκάλογος ſcilicet νομοθεσία vel διάταξις, apud Clementem Alexandrinum [r] Pæd.Lib.III. & apud Baſilium [ſ] ἡ ἑξαήμερος ſcilicet κτίσις) ſignificat opus quinque conſtans voluminibus. Iſid. Lib.VI. *Pentateuchum à quinque voluminibus dicitur*: *πέντε enim Græcis quinque, τεῦχος volumen vocatur*: ſic τρίτευχος, liber continens tria volumina, ut Joſuæ, Judicum, Ruth. Hebræis eſt I. תּוֹרָה Deut. XXXI.v.9. וַיִּכְתֹּב מֹשֶׁה אֶת־הַתּוֹרָה הַזֹּאת *Et ſcripſit Moſes legem iſtam* : & cap. XXXIII. v. 4. תּוֹרָה צִוָּה־לָנוּ מֹשֶׁה *Legem præcepit nobis Moſes* : quo ſenſu traditionibus πατροπαραδόταις, ſive Legi ἀγράφῳ ex communi Judæorum uſu, [t] quibus Lex alia eſt שֶׁבִּכְתָב ἔγγραφος, *ſcripta*; alia שֶׁבְּעַל פֶּה ἄγραφος *ore tradita*, opponitur. Unde Majem. [u] in præfat. יד חזקה. fol.I.p.1.col. a.l.1. כָּל הַמִּצְווֹת שֶׁנִּתְּנוּ לוֹ לְמֹשֶׁה בְּסִינַי בְּפֵירוּשָׁן נִתְּנוּ שֶׁנֶּאֱמַר וְאֶתְּנָה לְךָ אֶת־לֻחוֹת הָאֶבֶן וְהַתּוֹרָה וְהַמִּצְוָה תּוֹרָה זוּ תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב וְהַמִּצְוָה זֶה פֵּירוּשָׁהּ וְצִוָּנוּ לַעֲשׂוֹת אֶת הַתּוֹרָה עַל פִּי הַמִּצְוָה וְזוֹ הִיא הַנִּקְרָאת תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה׃

Id eſt: *Omnia præcepta, quæ tradita ſunt Moſi in monte Sinai cum explicatione tradita ſunt. Quemadmodum dicitur (Exod. XXIV.v.12.) Et dabo tibi tabulas lapideas, & Legem, & Præceptum. Lege intelligit Legem ſcriptam: Præcepto verò interpre-*

 tatio-

[r] *Pag.m.87.* Ἔστιν ἡμῖν ἡ δεκάλογος ἡ διὰ Μωϋσέως. [ſ] *Vide inſcriptionem* τῆς ἑξαημέρου *Baſilij.* [t] *De hac diſtinctione præter cæteros innumeros, quos adducere proclive eſſet, de quib. aliâs,* σὺν Θεῷ, *conſulatur Synagoga Iudaica Ioh. Buxtorfij C.I.p.38. & ſeqq.* [u] *His conſona ſcribunt R. Sol. Iarchi. & R. Aben Eſra comment. ad cap. XXIV. v. 12. Exodi.*

tationem ejus : & præcepit nobis facere legem ad præſtitutum præcepti, quod vocari ſolet Lex oralis, ſeu ore tradita. II. Cum adjecto nomine סֵפֶר *Liber* סֵפֶר תוֹרָה *Liber Legis dicitur*. Deuter. XXIX. v.21. כְּכֹל אָלוֹת הַבְּרִית הַכְּתוּבָה בְּסֵפֶר הַתּוֹרָה הַזֶּה Id eſt, *juxta omnes execrationes fœderis, quod ſcriptum eſt in libro Legis hujus.* III. Expreſsâ causâ inſtrumentali vocatur סֵפֶר תּוֹרַת מֹשֶׁה *Liber Legis Moſis.* Joſue VIII. v.31. כַּכָּתוּב בְּסֵפֶר תּוֹרַת מֹשֶׁה. Id eſt, *ſicut ſcriptum eſt in libro Legis Moſis:* Et abſolutè סֵפֶר מֹשֶׁה Esd. VI. v.8. כִּכְתַב סְפַר מֹשֶׁה, id eſt, *quemadmodum ſcriptum erat in libro Moſis.* Appellatur autem *Liber Moſis*, quia tota Lex, paucis ſub finem Deuteronomij exceptis, ab ipſo Moſe æternis literarum monumentis tradita eſt. Quam etiam αὐτοχειρὶ ante mortem ſuam Moſen ſcripſiſſe teſtatur R. Majemon. loco citato his verbis: כָּל הַתּוֹרָה כְּתָבָהּ מֹשֶׁה רַבֵּינוּ בִּכְתַב יָדוֹ קוֹדֶם שֶׁמֵּת id eſt, *omnem legem ſcripſit Moſes antequam moreretur.* Imò Legem à Moſe in ſingularum tribuum uſum conſcriptam, ejúsq; exemplaria propriâ manu exarata inter easdem diſtributa, docet Samuel Arcuvolti, in lib. Arúgas Habbôſem fol.4. col.2. סת כָּתַב מֹשֶׁה לְכָל שֵׁבֶט וְשֵׁבֶט id eſt, *Moſes ſcripſit exemplar libri Legis pro una quaque tribu.* IV. Judæis recentioribus venit nomine חוּמַּשׁ, quod quintam partem ſeu πεντάδα ex Dialecto Targumiſtarum notat. Plerumque tamen titulum Pentateucho præfigunt hujuscemodi: חֲמִשָּׁה חוּמְשֵׁי תוֹרָה *Quinque quintæ Legis*, id eſt, *quinque partes ſive libri Legis Moſaicæ.* Samaritani Legicolæ Judæis nihilo remiſſiores, ſplendidè admodùm Pentateuchum *modò, vel abſolutè* תּוֹרָה *Legem*, pro ut ex hac, quam amanuenſis Pentateucho Samaritano attexuit, patet appendice

תּוֹרָה תְּמִימָה
בָּרוּךְ נֹתְנָהּ

En Legem abſolutam
Benedictus qui dedit illam.

Vel

Vel cum epitheto הַתּוֹרָה הַקְּדוֹשָׁה, ut ibidem Hebraicè, aut ſi mavis ex Chronico Samaritano M.SC. אלתוראה אלמקדסה Arabicè, *Legem ſanctam*: *modò* כתאב *Librum κατ' ἐξοχὴν*, ut ibidem habetur loci, vocant. Chaldæi, Syri & Talmudici eleganti vocabulo אוֹרַיְתָא, quod *Lucem* æquè ac *Doctrinam*, niſi quòd אוֹרַיְתָא crebriùs per lucem reddant, ſine analogiæ diſpendio vertere poſſes, exprimunt. Deut. XXXIII. v. 4. Paraphraſis Onkel. habet: אוֹרַיְתָא יְהַב לָנָא מֹשֶׁה *Legem nobis dedit Moſes*. Eſt enim, ut ipſa loquitur Scriptura תּוֹרָה אוֹר *Lex* (Pentateucho tradita) *lux*. Prov. VI. 23. De qua denominatione conſulantur ad hunc verſiculum commentarij R. Levi ben Gerſon, R. Solomonis, & aliorum. Arabibus, Chriſtianis æquè ac Muhammedanis dicitur *modò* כתאב אלתוראה [a] *Liber Legis*, *modò* [b] אלתוראה *Lex*, quam tamen vocem, ipſi [c] doctiſſimi inter Arabes in Alcoranum ἐξηγηταὶ, Arabizatam quidem, origine verò Hebræam agnoſcunt. Ab officio Muſlimini, quo nomine ſe appellant Muhammedani, פֻּרְקָאן [d] *βιβλίον διακριτικὸν*, quòd [e] nempe *Lex inter bonum & malum, verum & falſum διακρίνει ſive diſcernit*, nominant. Latini imitantur Græcos, *Pentateuchum* communiter vocantes. Hieron. Epiſt. ad Paulin. *Huc uſque Moſes, huc uſque Pentateuchus*.

V.

Explicata igitur ὀνοματολογίᾳ, & vocabuli brevi quidem, neceſſaria tamen & ſufficienti elucidatione, ad ipſam rem progredimur.

[a] *Iben-Sina, in præf. Pentat. Arab. M.SC.* [b] *In Alcorano ſurata ſive capite III. v. 2.* [c] *Sic Beidaui celeberrimus Alcorani Interpres in Comment. M.SC. ſentit.* [d] *Surata Alcor. II. v. 54. quod vocabulum aliâs judicij normam Clariß. Golius interpretatur.* [e] *Hanc denominationis rationem ipſi Arab. Doctores reddunt. Sic enim Beidavi & Zambaſchari ad v. 2. c. III. Alcor. Lex dicitur Furkan* לאנהא פארקה בין אלחק ואלבאטל *quia diſcriminat inter verum & falſum.*

VI.

Quemadmodum vix ulla unquam gens tam fera, tamq; ab omni humanitate aliena fuit, quæ non legibus quoque ligari & aſtringi voluerit: [f] unde alij [g] Lycurgum, Draconem alij, alij Solonem, alij alios antiquitate celebres ſibi vendicârunt νομοθέτας: Sic Iudæis divinâ quaſi obtigit virgulâ, ut omnibus [h] reliquis gentibus & hac in parte præriperent palmam. Omnium enim, quos Hiſtorici commemorant, Legislatorum [i] celeberrimus ſimul & [l] antiquiſſimus fuit Moſes, qui Legem ſuam θεόπεμπτον καὶ θεόπνευστον tripartitam, Moralem, Ceremonialem & Forenſem quinque libris [m] αὐτογράφως complexus eſt.

VII.

Lex verô hæc etſi ſoli populo Iſraëlitico primariò inſervire debuerit, ipſi tamen quoque Gentiles ejus perfectionem ac antiquitatem agnoſcentes, multa inde [n] ad ſuarum Rerumpublicarum conſtitutionem deſumpſerunt. Ipſa autem Iudæorum θεοκρατική, prout apud Euſeb. Præparat. Evangel. lib. VIII. p. 213. ex Ioſepho appellatur, *Reſpublica*, in duodecim tribus diſtributa, [o] annis 900. & ultrà, prudentiſſimè Lege hac adminiſtrata fuit.

VIII.

Tandem cùm non ſolùm [p] propter nefanda Solomonis pec-

[f] *Cicero libr. 7. de finib. ejus rei rationem reddit* ἀναντίρρητον *hanc: Conſtat profectò ad ſalutem civium, civitatúmq; incolumitatem, vitámq; hominum & quietam & beatam conditas eſſe leges.* [g] *De ſingularum gentium Legislatoribus conſulatur Theatrum vitæ humanæ D. Zuingeri, vol. IV. libr. 3. p. 601.* [h] *Argumento Pſal. 147. v. 20. ad quem verſum conſuli poteſt Paraph. Chaldaica. Comment. R. David. Kimch. & Aben Eſræ.* [i] *Philo Iudæus libr. 2. de vita Moſis ſub initium fusè ſatis hoc demonſtrat.* [l] *Videatur Iuſtin. Mar. in Parænet. p. 14. Hugo Grotius lib. I. de ver. Relig. Chriſt. p. 10. & Philipp. Mornæus, ejusdem argum. libr. p. 560.* [m] *Id docet Majemonides teſtimonio theſi IV. adducto.* [n] *Exempla habes apud Hug. Grotium libro citato p. 16. & 149.* [o] *Iuxta Ioſephum Antiq. Iudaic. lib. IX. c. 14.* [p] *1. Reg. cap. XI. v. 11.*

peccata, [q] filijque Rehabeami in regnando tyrannidem Hebræi in duas ſciſſi partes fuiſſent, quarum altera regnum Iudæ, altera verò regnum Iſraelis conſtituit: ſed etiam paulò pòſt, [r] Rege pariter & grege decem tribuum regni Iſraelitici, cujus Metropolis erat Samaria, à Deo turpiter deficiente, Salmanaſſar Aſſyriæ Rex magnis copijs ipſam Samariam obſidione cinxiſſet, atque ex ea ſubjugata incolas in captivitatem abduxiſſet, [ſ] eosdemq; in Chalacho, ſive Chalchitide, in Chabore, Gozane, (qui non, ut [t] Elias ex R. Majemonidé nugatur, fluvius ille [u] Sabbaticus, in Utopiam potiùs ſaniorum [x] Iudæorum teſtimonio relegandus, ſed Ganzanitides eſt, quam fluvius Chaboras ab Acrabene diſterminat) atque in urbibus Mediæ collocâſſet, oppidò, ne terra incolis eſſet orba, ijs Rex Aſſyriæ Babylonios, Chuteos, [y] Havvæos, Chamatæos, aliosq; religione Gentiles, ſubſtituit, eóque tanquam in colonias deduxit.

IX.

Sed cùm Deus colonos recens Samariam transportatos, propterea quòd nulla eos veri cultus divini cura tangeret, gra-

[q] *1. Reg. cap. XII.* [r] *2. Reg. XVII. v. 7. & ſeqq. & Ioſeph. loco citato.* [ſ] *Conſule doctiſſimas in cap. XVII. 2. lib. Regum Franciſci Iunij notas.* [t] *In Thisbite ſuo, voce* סמבטיון. [u] *Cujus deſcriptionem reperies apud Scriptores,* tum Chriſtianos *Buxtorf. in Lex. Chald. Tal. & Rabb. R.* סבט. *Nicol. Fullerum Miſc. Theolog. lib I. c. 9. Paulum Fagium Paraph. Chald. Deut. c. XXX. Petr. Gal. lib. de arcanis Cath. Verit. XI. c. 9. Frid. Spanhem. dub. Evang. P. III. p. 580. Franciſc. Iunium comm. in lib. IV. Eſd. c. XIII. v. 40. Conſtantinum L'Empereur Notis ad itinerarium R. Benjaminis p.* 206. tum Judæos *in Targ. Hieroſ. Ex. XXXIV. v. 20. in Talm. cod. Sanhed. Gemara p. 275. ex edit. Ioh. Coch. R. Sol. Iarchi Comm. in cap. Ieſ. XXVII. v. 13. R. Perizol in* אגרת אורחות עולם *Epiſtola itinerum mundi cap. 24. Tanchuma ſect.* כי תשא *cum tuleris. In lib. Iuchaſin p. 155. & ſeqq.* [x] *Sic ingenuè confitetur author Zemach David. parte 1. fol. 20. p. 2, & reliquos Iudæos regni ſui Majeſtatem ad fluvium illum rejicientes ſalsè ridere videtur.* [y] *2. Reg. c. XVII. v. 24.*

graviſſimè afflixiſſet, [z] Leonesq; feroces & immanes ſummo cum incolarum damno immiſiſſet, illi ad mala iſta averruncanda ſacerdotem, Legis & rituum Patriæ peritum dari ſibi efflagitârunt, quem etiam tandem precibus ab Aſſyriæ Rege obtinuerunt. Epiphanius in ſuo Panario [a] Esdram: Ibn-patrik Patriarcha Alexandrinus in Chronolog. Arabica ἀνεκδότῳ לון *Lun* appellat: Iudæi verò ut ex [b] Capitib. Elieſeris ſect. XXXVIII. colligitur [c] R. Doſithæum, & R. Zachariam miſſos nugantur. Verùm, quia Scriptura nomen ejus reticet, neque noſtri, de eo multa rimari, officij erit.

X.

Hanc Samaritani *νεόφυτοι* Legem, quæ ſine dubio ne latum quidem unguem à Moſis *ἀυτογράφῳ* receſſit, vix aliter, niſi hiſtorica duntaxat fide receperunt. Audiverunt quidem eam à ſacerdote, ſed nulla ejus habita ratione ſuos ſinguli ſculpſerunt & coluerunt Deos, Babylonij [d] Sucoth-Benoth, Cuthæi Nergalem, Chamatæi Aſchimam, alij alios. Unde cùm utrunq; & divinũ & idololatricum, ineptè, atq; profanè conjungerent cultum [e] *ἄμικτα μιγνύειν* Chryſoſtomo *in Joh. cap. IV.* dicuntur. Hinc R. Levi, ad caput XVII. libri II. Reg. v. 31. ad eundem ferè ſenſum ait: יֵרָמֶה שֶׁאָמַר שֶׁלֹּא שָׁמְעוּ אֵלּוּ הַגּוֹיִם לְקוֹל הַכֹּהֵן אַךְ הִרְכִּיבוּ בֵּין שְׁתֵּי הָאֱמוּנוֹת וְלָזֶה הוּא מְבוֹאָר שֶׁלֹּא הָיוּ יְרֵאִים אֶת יְהוָה שֶׁאִם הָיוּ יְרֵאִים אֶת יְהוָה לֹא הָיוּ עוֹבְדִים עֲבוֹדָה זָרָה וְלָזֶה לֹא נֶחְשְׁבוּ לְגֵרִים אֲמִתִּיִּים כִּי הַגֵּרִים הָאֲמִתִּיִּים הֵם כְּמוֹ יִשְׂרְאֵלִים כִּי הֵם לֹא קִבְּלוּ עֲלֵיהֶם לְקַיֵּם הַתּוֹרָה אַךְ עִם עֲבוֹדַת אֱלֹהֵיהֶם

[z] *Ibidem v. 25. Pro leonibus tamen Ioſephus libr. Antiq. IX. c. 14. peſtem: Chronici Samaritici author ſterilitatem, frugúmque corruptionem immiſſam vult.* [a] *Libr. contra hæreſ. 1. p. m. 5.* [b] *Totam hiſtoriam ex R. Elieſeris cap. & Ielammedenu, ſect.* וישב *transſcripſit Clariſſ. D. Buxtorfius in aurea illa de literis Hebræorum diſſertatione parag. 49. c. In Ielammedenu tamen R. Doſithæus ben Iannai, & R. Sebaja ſacerdotes illi fuiſſe leguntur.* [d] *2. Regum XVII. v. 30. 31. in quorum nominum explicatione multus quidem, ſed parum ſolidus eſt R. David Kimch. Comment. in hunc locum.* [e] *Sic citante Daniele Heinſio in Ariſtarcho p. m. 881.*

אֱלֹהֵיהֶם i. e. *Veriſimiliter ſtatuo, quòd non auſcultaverint gentes iſtæ voci ſacerdotis, ſed equitaverint inter duas religiones, indéque manifeſtum eſt, quòd non timuerint Deum. Si enim Deum timuiſſent, utiq; non cultum Idololatricum exercuiſſent: propterea etiam non reputantur Proſelyti veri, quia veri Proſelyti ſunt eodem loco cum Iſraëlitis, illi autem non in ſe receperunt præſtare legem niſi cum additamento cultus Deorum ſuorum.*

XI.

Vixerunt itaque Samaritani longo tempore ἑκάτεροι, neque falſæ in ſolidum addicti Religioni, neq; etiam puram amplectentes toto corde, ſed cum veri Dei cultu craſſiſſimam conjunxerunt Idololatriam, nullâ interim vel moleſtiâ, vel injuriâ Iudæos ſibi vicinos laceſſentes: uſque dum hi ſub Esdra & Nehemia, ex diuturna captivitate Babylonica reduces, Templum reſtaurare, ſacra divina reſtituere, politiā mque poſtliminio reducere, approbantibus id Perſarum decretis, conati fuerunt. Tunc enim, teſte *Scripturâ* Sacrâ, & Ioſepho, Cuthæi (*nam ea appellatione*, inquit Ioſephus, *vocantur* [f] *Samaritani*) reſtaurationem Templi, à [g] Cyro prius, poſtea & [h] Dario conceſſam, [i] ægerrimè tulerunt, & Satrapis Syriæ, ut ædificium templi cœptum ſufflaminarent, vel penitus cohiberent varijs rationibus ſuaſerunt.

XII.

Exortum hac occaſione, & excitatum [l] inteſtinum inter Iudæos & Samaritanos bellum, odiúmque ἄσπονδον, ut non tantùm à ſacris ſuis Iudæi Samaritanos, ea ambientes, coërcuerint,

f *Antiquitatum lib. IX. cap. ult.* Οἱ κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίων γλῶτταν χουθαῖοι, κατὰ δὲ τὴν ἑλλήνων Σαμαρεῖται. *Sic Iohannes Zonar. Annal. t. I p. 77.* g *Libr. I. Eſr. c. I. Ioſeph. lib. Antiq. XI. c. I.* h *Eſr. lib. I. c. VI. Ioſeph. lib. Antiq. XI. c. IV.* i *Eſr. lib. I. c. IV. Ioſeph. libro citato* c. 11. l *Patet hoc ex anathemate, quo poſt tragœdiam hanc percuſſerunt Iudæi Samaritanos, deſcripto vitiosè à Morino Exerc. I. p. 17. rectè verò à Clariſs. Buxt. Diſſert. de literis Heb. pb. 49.*

cuerint, ſed [m] etiam connubiorum commercia, ſub excommunicationis & ejectionis ex Eccleſia Dei pœnâ, graviſſimè interdixerint.

XIII.

Cùm verò numerus eorum, [n] qui alienigenas uxores, Samaritanas nempe, ex ipſis Iudæorum principibus deperirent, creſceret, conjugiique contracti vinculum, ſine ignominiæ notâ, ſolvi nec debere nec poſſe rati eſſent, magnâ frequentiâ in Samaritanorum caſtra, transfugarum inſtar & Apoſtatarum, tranſierunt: quos [o] inter Menaſſes, Iaddi Pontificis Magni frater, cui Sanballathus Cuthæus filiam ſuam locavit, facilè coryphæus fuit.

XIV.

Ex mixtura autem hac conjugij, ipſius quoque Religionis introducta fuit commixtio. Primò enim Menaſſes Iudæus, craſſiori illi ſuperſtitioni Cuthæorum valedixit: deinde ſolius Moſis authoritatem, teſte Epiphanio, Patricide, chronico Samaritano, & experientiâ, rejectis & blaſphemè habitis libris Propheticis, & ipſe recepit, & ſequacibus commendavit. Templum inſuper in monte Garizim aliud, atque ab Hieroſolymitano diverſum extruxit, de quibus ſic Zemach David parte prima p. 26. f. b. גם בשנה ההיא בשנת תמ״ח כאשר בא אלכסנדרוס לא״י מצא שם כותיים הרבה וראשון סנבלט החורני המוזכר בספר עזרא הם בנו ברשיון אלכסנדר מקדש בהר גריזים ויקריבו עולות וזבחים חוץ לבית יי׳ ויכהן סנבלט את חתנו מנשה אחיו של שמעון הצדיק שם לכהן גדול ׃ הוא מנשה אשר הכהנים החסידים שבירושלים גרשוהו מן העיר בעבור שלא רצה לגרש את אשתו הנכרית כתקנת עזרא ולזה רימז נחמיה באמרו בסוף ספרו ומבני יוידע בן אלישיב הכהן גדול חתן לסנבלט החורני ואבריחהו מעלי והכת

[m] *Eſr. libr. I. c. X. & libr. II. c. XIII.* [n] *Ioſeph. lib. Antiq. XI. c. VIII.* [o] *De Apoſtaſia hujus Sanballet, atq; adeò univerſa hiſtoria vide Eſr. libr. II. c. XIII. Ioſeph. loco citato.*

והכת הזה חקקו חקים ומשפטים אשר מלבם בדו והיה המקדש
ההוא לאבן נגוף ולצור מכשול כי אז יחלק חצי העם אחרי שמעון
הצדיק וסיעתו והחצי אחר סנבלט וחתנו וצדוק וביתוס נעשו להם
לראש ועמד הבית הזה אשר בהר גריזים יותר ממאתים שנה עד
זמן יוחנן בן שמעון הנקרא הורקנוס שקם והחריבו

i.e. *Anno iſto quadringenteſimo quadrageſimo octavo, cùm veniſſet Alexander in terram Iſraelis, invenit ibi multos Cuthæos, quorum caput erat Sanballathus, cujus mentio fit in libro Esdræ. Hi extruxerunt, cum venia Alexandri, ſanctuarium in monte Garizim: ut offerrent holocauſta & ſacrificia extra domum Domini. Conſtituitque Sanballath, generum ſuum Menaſſem, fratrem Simeonis juſti, ut eſſet ibi Sacerdos magnus. Hic Menaſſes eſt, quem ſacerdotes ſancti, qui Hieroſolymis erant, expulerunt ex urbe, propterea quòd nollet repudiare uxorem ſuam alienigenam, ſecundùm Esdræ conſtitutionem. Atque huc alludit Nehemias cùm dicit ſub finem libri ſui: unus autem è filijs Iojada filij Eliaſib Sacerdotis magni, gener erat ipſius Sanballath Horonitæ, propterea fugavi eum à me. Hæc verò ſecta conſtituit ſibi ſtatuta & judicia, quæ ex corde ſuo finxerat. Fuit autem Sanctuarium illud in lapidem offenſionis, & in petram offendiculi, quoniam tunc diviſio facta, media parte populi Simeonem juſtum, & complices ejus, altera verò ſequente Sanballathum & generum ejus. Zadok autem & Baithos conſtituti ſunt illis in Capita, & ſtetit domus illa in monte Garizim ultra annos ducentos, ad tempora Iohannis filij Simeon, cognomento Hyrcani, qui ſurgens illud planè deſtruxit.* Quibus homogenea ſunt, quæ apud authorem libri Iuchaſin p. 14. f.b. leguntur. Quod verò de Antigono præceptore, Baithos & Zadoko diſcipulis, Sanballathi *συνηλικιώταις*, ex Samaritanorum ſchiſmatibus pullulantibus, tradunt Hebræi, illud non tantùm *ut ſtolidum* reprehendit autor Zæmach David p. 27. f. 1. aſſerens, quòd quidam confundant מעשה סנבלט החורני
ומעשי הכותיים ומעשה צרוק וביתוס לזמן אחד הוא רחוק בעיניו
factum Sanballath Horonei & Cuthæorum, Baithoſi & Zadoki

doki id procul ab oculis ſuis eſſe i.e. diſplicere: Sed etiam à [P] Scaligero ut *prodigioſus anachroniſmus* rejicitur.

XV.

Et certè ex hac utriusque ſectæ confuſione factum eſt, ut quæ alterutri tantùm dogmata fuerunt propria, tandem utrique communia crederentur. Sic, cùm Reſurrectionem, quam admiſerunt Samaritani, negâſſent Sadducæi, multis doctis & celeberrimis viris, inde quòd à Samaritanis pullulâſſent Sadducæi, perſuaſum fuit, idem quoque ſentire Samaritanos. Et vice verſa, cùm Samaritani nullãm, ſi à Pentateucho diſceſſeris, tribuant reliquis Prophetarum libris authoritatem, non pauci & docuerunt, & ſcripſerunt, ne ipſos quidem Sadducæos aliam agnoſcere Scripturam Sacram, quàm quæ Lege Moſis continetur. *Hoc ſanè*, inquit Ioſephus Scaliger c.XVI.in Elench.Trih. *Hieronymus & alij* (nominatimque Gorionides, Tertullianus, Zacharias Chryſopolitanus Epiſcopus, quorum teſtimonia Ioh.Druſius de trib.Sect.Iudæ. lib III.c.IX.recitat) *crediderunt, atque neſcio unde cauſam nacti. Nam & ratio & Ioſephus manifeſtò adverſantur. Prius, quòd eundem pæne honorem Prophetis, ac Legi habebant, ut qui unum ex Prophetis rejiceret, contra Legem facere videretur: neque impune cuiquam licuiſſet Prophetas rejicere, quin à populo lapidaretur. Idque magno emptum voluiſſent Phariſæi, ut ipſorum hoſtes incurrerent cauſam aliquam, propter quam Ieroſolymis tutò illis eſſe non liceret. Præterea quòd Sadducæi ſacrificarent in templo, ex eo conſtat eos crediſiſſe montem Sion eſſe locum à Deo delectum, in quo ſolo ſacrificare liceret. At libri Samuelis, Regum, Paralipomenων, Prophetarum, Pſalmorum, quid aliud continent, quàm Ieruſalem eſſe locum, in quo Deus elegit ſedem ſanctuarij ſui; Poſterior ratio, cui nullo modo contradici poteſt, quod Ioſephus Sadducæos πάντα τὰ γεγραμμένα amplexos eſſe dicit, τὰς ἢ παραδόσεις*

[P] *In Elencho Tribæreſ.p.*284.

σεις ἀγράφους rejeciſſe. *Quæ ſunt τὰ γεγραμμένα an aliud, quàm quæ dicitur* מקרא ? *Verba Ioſephi:* Νῦν δὲ δηλῶσαι βούλομαι, ὅτι νόμιμά πολλά τινα παρέδοσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις. καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ Σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δὲ ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. *Manifeſtò ſolas τὰς παραδόσεις rejiciunt. Et nihil verius eſt, quàm eos totam Scripturam retinuiſſe, ſola πατροπαράδοτα aſpernatos eſſe. Quòd ſi quis Ioſephum de ſola Lege intellexiſſe contendat, oſtendat mihi, quomodo omnes libri Scripturæ præter ſolum Pentateuchum ſint παραδόσεις ἄγραφοι. Certè ridiculus erit qui ita pertendet.* His affinia ſunt quæ Clar. Spanhemius Dub. Evang. parte tertia, Dubio XXIX. habet p. 111. *Sadducæos Prophetica ſcripta rejeciſſe, & nihil præter Pentateuchum retinuiſſe nondum à quoquam demonſtratum, tametſi id multis ex veteribus viſum. An quæſo in catalogo errorum ſectæ Sadducæorum, quem proponit Spiritus S. tantum facinus vel neglectum fuiſſet, vel diſſimulatum? An tale quid à populo Judaico fuiſſet toleratum, & non mille crucibus potiùs vindicatum? An à Phariſæis capitali illi ſectæ unquam impactum? An à Ioſepho commemoratum, qui à Sadducæis παραδόσεις tantùm τῶν πατέρων rejectas commemorat, τὰ γεγραμμένα verò retenta?*

XVI.

De Idololatria horum Iudæo-Samaritanorum, quam per Sanballathum exploſam eſſe ſupra docuimus, varia etiam ſunt Authorum judicia. Iudei, qui eos modò כותיים Cuthæos
[q] לְפִי שֶׁבָּאוּ מִכּוּתָה *propterea quòd venerunt de Cutha* וְנִקְרְאוּ
כּוּתִיִּים יוֹתֵר מִשְּׁאָר שְׁמוֹת הָאוּמוֹת הַנִּזְכָּרִים בַּפָּסוּק אוּלַי לְפִי שֶׁהֵם
הָיוּ הָרַבִּים *Et vocantur Cuthijm magis quàm alijs nominibus populorum, quorum mentio fit in verſu: fortaſſis inde quod eorum plures fuerunt*, ut Elias in Thisbite, voce כות, exponit; modò
מִינִים [r]

[q] *Sic etiam loquitur Ioſeph. Antiq. lib. IX. c. XIV.*

מינים[r] hæreticos dicunt, iniquius, odio Religionis faſcinati, de ijs judicantes manifeſtæ Idololatriæ crimen ipſis impingunt: unde in codice עבודה זרה fol. 27. מל לשם הר גריזים *circumcidit ſcil. Cuthæus in nomine montis Gerizim.* Hoc quid ſit explicat S. I. pag. præced. cùm inquit מל לשם דמות יונה שמצאו בראש הר גריזים ועובדים לה עבודה כדאמר בהכל שחטים ומלין את בניהם לשם יונה i.e. *Circumcidit in nomen Imaginis columbæ quam invenerunt in cacumine montis Gerizim cui cultum exhibent; uti dicitur cap.* omnes mactant: *& circumcidunt filios ſuos in gratiam columbæ.*

Atque in hac exaggeranda Idololatria multi ſunt doctores Hebræorum celeberrimi. Rabbi Majemonides ſuper Berochoth c. VIII. S. 8. ובכאן אפרש לך ענין הכותיים העם שהביא סנחריב מכותה והושיב בערי שומרון העיר הכתוב בהם את ה׳ היו יראים ואת אלהיהם היו עובדים אבל באורך הימים למדו התורה וקבלו על פשוטה והמצות אשר החזיקו בהן היו מקפדים עליהן וישימו לבם אליהן מאד והוחזקו שהיו מאמינים בדתינו ומיחדיים ולא יעבדו ע״א עד אשר חקרו עליהם חכמים ומצאום מכבדים הר גריזים וחקרו על הדבר ההוא ומצאו להם בהר ההוא דמות יונה וידעו שהם עובדים ע״א אז החזיקום בחזקת ע״א גמורים לכל דבריהם וכל מה שתמצא במשנה מן הדברים מענין הכותיים אשר תבין מהם שהכותיים נכבדים מן ע״א ופחות מישראל כמ״ש מזמנין עב הכותי וכותי המברך וזולתו לא אמרו זה אלא קודם שחקרו עליהם אבל מעת שחקרו עליהם ומצאו אשר זכרנו הם פחותים מן ע״א מאוד וע״כ רע אותו ולא נצטרך לשנות לך זה העקר בכל מקום שנזכר כותי Id eſt, *Hîc verò explicabo tibi negotium Cuthæorum, qui ſunt populus, quem Sancherib duxit ex Cutha, & in urbibus Samariæ collocavit. De illis teſtatur Scriptura, quòd Deum quidem timuerint, ſed Idola ſua ſimul coluerint. Verùm tractu*

[r] *Vide Guil. Schikhar. jus regium c. II. p. 34. Et Clar. Buxtorf. Lexicon Tal. R.* מין.

tractu temporis didicerunt Legem, & eam acceperunt ſecundùm ſenſum literalem ſuum: præcepta autem, quæ apprehenderunt accuratiſſimè obſervabant, córque ſuum ijs valde apponebant; adeò ut habiti fuerint pro credentibus in Legem noſtram, & unum ſolùm Deum colentibus ſine ulla Idololatria, donec ſapientes in ipſos inquirentes deprehenderunt, quòd colant montem Garizim, ac porrò etiam diligentiùs inquirentes invenerunt ipſis (penes ipſos, hinder jhnen *) in monte illo imaginem columbæ, unde cognoverunt quòd ſint Idololatræ. Tunc itaque eos habere cœperunt pro puris Idololatris in omnibus ipſorum rebus. Ubicunque ergò invenies in Miſchna de Cuthæis quædam, unde colligi vel intelligi poſſit Cuthæos eſſe præſtantiores Idololatris, viliores tamen Iudæis, ut illic :* מזמנין עם הכותי *item,* וכותי המברך, *& ſimilia, id dictum eſſe ſcias de illis antequam in ipſos inquiſitio inſtituta fuit: poſteaquam verò inquiſiverunt in illos, & id, quod diximus, invenerunt, habiti fuerunt viliores & inferiores ipſis Idololatris. Hoc ergò ſemel nunc ſcito, ne ubique illud repetere neceſſe habeamus, ubi Cuthæorum fit mentio.* Hæc Majemonides.

In ſimilem ſenſum ſcribit de illis Obadias de Bartenora, cap. VII. ſect. 1. ejusdem tractatus. וְהַכּוּתִי מִן הָעא שֶׁהֵבִיא מֶלֶךְ אַשּׁוּר מִכּוּתָא וּמִשְּׁאָר אֲרָצוֹת וַיּוֹשֵׁב אוֹתָם בְּעָרֵי שׁוֹמְרוֹן וְנִתְגַּיְּרוּ מֵאֵימַת הָאֲרָיוֹת שֶׁהָיוּ אוֹכְלִים בָּהֶם כַּמְפוֹרָשׁ בְּסֵפֶר מְלָכִים וְהָיוּ שׁוֹמְרִים תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב וְכָל מִצְוָה שֶׁהֶחֱזִיקוּ בָּהּ מְדַקְדְּקִים בָּהּ יוֹתֵר מִיִּשְׂרָאֵל לְפִיכָךְ הָיוּ מַאֲמִינִים בָּהֶם בִּקְצַת הַמִּצְוֹת עַד שֶׁבָּדְקוּ אַחֲרֵיהֶם וּמָצְאוּ לָהֶם דְּמוּת יוֹנָה בְּרֹאשׁ הַר גְּרִיזִים שֶׁהָיוּ עוֹבְדִים אוֹתָהּ וּמֵאָז עֲשָׂאוּם כְּגוֹיִים גְּמוּרִים לְכָל דִּבְרֵיהֶם i.e. *Cuthæi ſunt ex Idololatris, quos adduxit Rex Aſſyriæ ex Cutha, & reliquis terris, quósque in urbibus Samariæ collocavit: Proſelyti autem facti ſunt ob terrorem Leonum, qui illos devorabant, ut expoſitum eſt in libro Regum, obſervabántq; Legem ſcriptam, & omne præceptum quod tenuerunt, id longè diligentiùs & accuratiùs obſervabant quàm ipſi Iſraelitæ; idcircò credebant in ipſos inquibusdam præ-*

ceptis

ceptis, donec inquiſiverunt in ipſos & penes ipſos invenerunt imaginem columbæ in vertice montis Garizim, quam colebant. Et ex eo tempore fecerunt eos ſicut puros putos Gentiles, in omnibus ipſorum rebus.

Hæc verò fabula unde videatur enata & cuſa, inferius ex ipſis Samaritanorum [f] Hiſtorijs compendioſè proponemus. Placet ſanè hæc Iudæorum ſententia, etſi manifeſtè falſa, viris hujus ſeculi non contemnendis, ſed, quod pace tantorum authorum dictum ſit, præferimus confeſſionem illorum, qui eos, [t] *Qui olim cultum Dei cum Idololatria miſcebant, hodie adeò ab omni Idololatria abhorrere, ut in hac parte Iudæos ipſos ſuperare videantur*; [u] Qui, *quicquid alij dicant, poſterioribus temporibus Idololatriam eorum deferbuiſſe* ingenuê pronunciant.

XVII.

Quamvis enim teſtimonia ſuprà allata (quibus tamen omnibus non major debetur fides, quàm alijs hiſtorijs à Talmudiſtis malè detortis) viros fortè eruditos, ut crederent Samaritanos columbam coluiſſe, permoverint, nihilominus ob ſequentes rationes ſententiam poſteriorem, quâ Idololatriæ macula ipſis abſtergitur priori præferendam eſſe autumo. *I.* Quia ne ipſi quidem inter ſe conveniunt Hebræi in cauſis & occaſionibus hujus cultûs deſcribendis. R. Aſarias in Meor Enajim c.XXI. poſtquam ex ſacris & prophanis authoribus probâſſet, Aſſyrios ac Babylonios pro ſigno ac ſymbolo habuiſſe columbam in vexillis, & alibi, tandem concludit, ובגלל כל הדברים האלה קרוב בעיני להאמין שהכותיים אשר הושיב מלך · אשור ובבל בשומרון לאות ולעד הכנעם באהבה אל מלכם ההוא אשר אות דגלו יונה חבבו אותה והקימוה ליראתם בראש הר גריזים אשר עם שכם ראש ממלכת שומרון בימים ההם כמו שכתב היוסיפון לרומיים סוף ספר י״א. Hoc eſt, *Propter res iſtas omnes,*

[f] *In Epitome Chronici Samarit. c. XLV.* [t] *Scalig. de Emend. tempor. libr. VII. p. 662.* [u] *Conſtant. L empereur Notis in itinerar. R. Benjam. p. 170.*

omnes, credibile videtur in oculis meis, quòd Cuthæi, quos Rex Aſſyriæ & Babylo niæ collocavit in Samaria, in ſignum & teſtimonium, quòd ex amore & libenter ſe ſubjiciant regi illi ſuo, cujus vexilli ſignum eſt columba, dilexerint illam & erexerint pro Numine vel Idolo ſuo in monte Garizim, qui eſt juxta Sichem, & caput regni Samariæ in diebus illis, ſicut Joſephus Latinorum ſcripſit ſub finem Lib. XI. Talmudici verò licentiùs ineptiunt, dicentes, quòd columbam abſconditam in monte Garizim invenerint (ſcil. Samaritani,) quæ columba fuerit illud ipſum Idolum, quod Jacob abſconderit ſub quercu in monte Sichem: ſic enim legitur in Talmud Hieroſolymitano Maſſech. Avoda ſara, cap. 5. ר׳ יִשְׁמָעֵאל בַּר ר׳ יוֹסֵי אֲזַל לְהָדָא נִיפּוּלִים. *R. Iſmael, filius R. Joſe tranſibat Neapolim.* אֲתוֹן כּוּתָיֵיא לְגַבֵּיה. *Venerunt Cuthæi ad ipſum* (ut ſcil. perſuaderent ei, ne Hieroſolymam iret ad adorandùm, ſed in monte ipſorum ſancto) *Dixit eis; Ego monſtrabo vobis quòd nequaquam adoretis iſtum montem, ſed ſimulachra abſcondita ſub eo, ſicut ſcriptum eſt: Et abſcondit eos (Deos alienos) ſub quercu, quæ prope Schecemum eſt. Geneſ. XXX. v. 4. &c.* Eadem hæc hiſtoria legitur quoque in Bereſch. Rabba ſect. 81. Ipſe etiam Epiphanius ambiguè admodùm, & Talmudiſtis convenienter hac de re loquitur hæreſ. IX. Καὶ αὕτη ἡ αἵρεσις ἀπωθεμένη εἰδωλολατρείαν, ἐν αὐτῇ δὲ εἰδωλολατροῦσα κατ᾽ ἄγνοιαν, διὰ τὸ ἀποκεκρύφθαι τὰ εἴδωλα τῶν τεσσάρων ἐθνῶν ἐν τῷ ὄρει τῷ παρὰ τοῖς Γαριζεὶν συκοφαντημένως καλουμένῳ. Εἰδωλολατροῦσιν οὖν ἀγνοοῦντες ἐκ τοῦ πανταχόθεν προστέχειν πρὸς τὸ ὄρος ἐν τῷ αὐτοὺς εὔχεσθαι δῆθεν, ὅτι ἡγίασται. Id eſt, *Hæc autem hæreſis depellens Idololatriam, in ipſa verò per ignorantiam ſimulachra colens reperitur,* (vel, *ipſa verò in ſe Idololatrica, per ignorantiam tamen, reperitur,*) *propterea quòd abſcondita ſint ſimulachra quatuor gentium in monte apud Garizim, per calumniam ſic vocato. Itaque ſimulachra colunt ignari, ex eo quod undiquaque intenti ſunt ad montem, dum orant videlicet, quia ſanctificatus eſt.* Alij aliter, ut paulò antè

ex R. Salomone & Moſe Ægyptio audivimus. *II.* Quòd ipſi Samaritani in Chronico, cujus crebrò meminimus, luculento ſatis exemplo (nec enim de fide, quâ, cùm deberetur Judæis, illi ſuum id faciunt, multum laboro,) quàm ab omni imaginum ſculptura, nedum cultu alieni ſint teſtantur: ſumma huc redit; *Rex Alexander cùm in omnibus à ſe expugnatis regionibus Idololatriam introduxiſſet, eandem quoque ex conſiliariorum inſtinctu Iſraëlitis obtrudere voluit. Mandavit itaque tunc Pontifici, reliquiſque Iſraelitarum Proceribus, ut in habitationibus quique ſuis Icones & Idola collocarent. Samaritani* (non enim ad alios, ex chronologi ſenſu, quàm Samaritanos, montis Garizim cultores referri poteſt) *frequentes in Monte benedicto convenerunt, jejunantéſque Deum rogârunt, ut hoc de Imaginum fabrica Alexandri decretum redderet irritum, &c. III.* Quòd hujus calumniæ, in Rabbinorum ſcholis cuſæ, evidens videtur origo in ipſis Samaritanorũ hiſtorijs, quam, pro more, Judæi ſycophanticè detorſerunt. Vide Epit. cap. XLV. *IV.* Impactum hoc Samaritanis Idololatriæ crimen non ſatis idoneis teſtibus probatur: Nam & alibi Samaritani de Judæorum iniquitate conqueruntur, quâ accidit, ut ſæpe de fama, vita, omnibúſque bonis fuerint periclitati. E.G. Refertur in Chronologia modò laudata de Adriano, *quòd, devaſtata urbe ſancta pedem quoque in regionem Samaritanorum intulerit. Inde verò, cùm, haud obſcuris benevolentiæ τεκμηρίοις relictis, diſceſſiſſet Rex; Judæi protinus, ut ne odium in Samaritanos ſemel conceptum depoſuiſſe viderentur, eos ad Adrianum delatum proruperunt. Qua, etſi iniquiſſima, accuſatione tantùm apud Imperatorem potuerunt, ut magnum exercitum collectum in Samaritanorum perniciem Neapolim deduxerit.* Quid igitur miremur hoc etiam Idololatriæ ſtigma Samaritanis, ab adverſarijs Judæis, iniquè & falsò inuſtum, atque æternis literarum monumentis commiſſum eſſe? *V.* Tandem, quâ, quæſo, ratione illi, qui ipſorum Judæorum teſtimonio legicolæ ſunt rigidiſſimi,

ſimi, legis fundamentum primarium de uno colendo Deo, tam nequiter, columbæ cultum introducendo, violârint?

XVIII.

Hæc de Samaritanorum Idololatria: jam verò ſi quis, ut & hic, *ἐν παρόδῳ*, ſolvatur nodus, quærat, *quibúsnam rationibus ijdem Samaritani inducti ſolius Moſis receperint authoritatem*? Dixerim ego, ſalvo aliorum judicio, ejus rei tres potiſſimùm eſſe cauſas. *Prima*, eſt conſuetudo Samaritanorum inveterata, quâ factum, ut Judæi numero pauciores, affinitatem cum ijs contrahentes, ſi vel maximè voluiſſent, nunquam tamen, contra conſuetudinem, aut receptum uſum, Prophetarum, aut Hagiographorũm divinam authoritatem obtrudere potuiſſent: *Secunda*, eſt odium illud, inter Judæos & Samaritanos, Sanballathum cumprimis & Esdram, acre atque infeſtum. Jam verò certum & *ἀναμφισβητήτως* receptum eſt, libros Moſis, Prophetarum, & Hagiographos ab [x] אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה, *viris concilij magni* (ſic vocant Hebræi concilium illud ab Esdra Sacerdote, ejus præſide, poſt exilium Babylonicum, Hieroſolymis congregatum) *in* unum demum volumen compactos. Sic enim Elias Levita, præfat. III. in librum ſuum Maſoreth, ubi de viris illis Synagogæ magnæ, & ipſorum in reſtauranda Scriptura opera loquitur: כִּי לֹא הָיוּ הכֹּל סְפָרִים מְחֻבָּרִים יַחַד וְהֵם חִבְּרוּם וְעָשׂוּ מֵהֶם ג׳ חֲלָקִים תּוֹרָה נְבִיאִים וּכְתוּבִים Id eſt, *Non enim fuerunt omnes XXIV. libri colligati, ſed ipſi* (viri Synagogæ magnæ) *conjunxerunt eos, ac fecerunt ex ipſis tres partes Legem, Prophetas, & Hagiographa. Tertia*, &, meo judicio, non contemnenda hæc eſt: Si Libris Hiſtoricis Vet. Teſtamenti Samaritani divinam tribuiſſent originem, utique omnis illorum cultus peſſundatus fuiſſet, ſiquidem tota Prophetarum cohors, nullius alius loci à Deo in cultum ſacrum, poſt tabernaculum

[x] *De his conſulatur Buxt. comment. Maſ. c. X.*

illud Moſaicum, deſtinati meminit, quàm templi Hieroſolymitani, quod tamen illis, tanquam ἀλγηδὼν ἐν ὀφθαλμοῖς, execrabile fuit. *Quartam* addit Guilhelmus Poſtellus, cujus hæc ſunt verba: [y] *Sed in hoc hallucinantur ferè univerſi, quòd putant V. Libros Moſis cælitus inſtar decem præceptorum ſcriptos, eò quòd abſolutè nomine Legis appellantur: & ideo ſoli à Samaritanis, tanquam à Deo miraculosè ſcripti recipiuntur.*

XIX.

Sed quàm ex hac librorum Propheticorum & Hiſtoricorum rejectione, exorta ſint pudenda ignorantiæ rerum ſacrarum monſtra dici vix poteſt. Ipſi, hiſtoriæ Libr. II. Reg. c. XVII. ubi decem tribuum μετοικεσία fusè deſcripta, ignari, nullam unquam ſibi vel ſedis mutationem, vel exilij pœnam inflictam conſtantiſſimè aſſeverant. Unde, quod Chronicon Samaritanum nos docere poteſt, ſe à monte Garizim appellant [z] אצחאב טור בריך *poſſeſſores Montis Benedicti*, quem ſibi portione hæreditaria à Joſua conſtitutum, & inde ab exitu ex Ægypto à ſe occupatum eſſe nugantur.

XX.

Porrò operæ precium erit, ut de quorum Pentateucho acturi ſimus liquidiùs conſtet, ex tribus antiquiſſimis authoribus, *Græco* Epiphanio, *Hebræo* Benjamine, *Arabe* Patricide, audire, quid, ὡς ἐν τύπῳ, de Samaritanis iſtis, ante & poſt Sanballathi infauſtum, quem molitus erat, ſyncretiſmum, eorúmque per multa ſecula, fortunâ, moribus ac ſedibus tenendum ſit. Quorum teſtimonia ideo hîc αὐτολεξεὶ inſeram, tum quòd rarior eorum in Antiquitate fiat mentio, tum etiam, quòd nonnulla, primi fortè, è tenebris eruta, jam communicemus publico. Epiphanius ſic de ijs loquitur: [a] Σαμαρεῖ-

y *Libr. de Orig. c. XIV.* z *Sic & à Iudæis ſæpiſſimè idem ille mons* הר הברכה *Mons benedictionis appellatur. Adeat, qui exempla deſiderat, Lex. Talm. Chaldaicum Buxtorfij, in Rad.* נכל. a *Lib. de Hæreſ.* 1. *p. m.* 5.

μαρεῖται μέτοικοι ὄντες ἀπὸ Ἀσσυρίων εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ λαβόντες τὴν Πεντάτευχον μόνην Μωϋσέως, τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ἀποστείλαντος ἀπὸ Βαβυλῶνος διὰ ἱερέως Ἔσδρας καλουμένου. Τὰ πάντα ἔχοντες εἰσὶν Ἰουδαίων, πλὴν τοῦ βδελύττεσθαι τὰ ἔθνη, μήτε προσψαύειν τινῶν, καὶ πλὴν τοῦ ἀρνεῖσθαι νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὰς ἄλλας προφητείας τὰς μετὰ Μωϋσέα. [b] Σαμαρειτῶν δὲ ἔθνη τέσσαρα, Γορθηνοὶ, οἱ ἐν ἄλλοις καιροῖς τὰς ἑορτὰς ἄγοντες, παρὰ τοὺς Σεβουαίους. [c] Σεβουαῖοι, οἱ διὰ τὴν αἰτίαν αὐτὴν τῶν ἑορτῶν πρὸς τοὺς Γορθηνοὺς διαφερόμενοι. Ἐσσηνοὶ μηδ' ὁποτέροις ἐναντιούμενοι τοῖς δὲ παρατυγχάνουσι συνεορτάζοντες ἀδιαφόρως. Δοσίθεοι τοῖς αὐτοῖς ἔθνεσιν οἷα δὴ Σαμαρεῖται ἐμπολιτευόμενοι, περιτομῇ τε καὶ σαββάτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις χρώμενοί τε καὶ πεντατεύχῳ, περιττότερον δὲ τῶν ἄλλων φυλάττοντες τὸ ἀπέχεσθαι ἐμψύχων, καὶ ἐν νηστείαις δὲ συνεχέστατα βιοῦν, ἔχουσι δὲ [d] καὶ παρθενίαν τινὲς αὐτῶν, ἐγκρατεύονται δὲ ἄλλοι, πιστεύουσί τε νεκρῶν ἀνάστασιν, ὅπερ ξένον ἐστὶ Σαμαρείταις. Id eſt, *Samaritæ inquilini ſunt ab Aſſyrijs in Judæa, & receperunt ſolùm quinque libros Moſis, cùm Rex ipſis miſiſſet eos à Babylone per Sacerdotem, Esdram appellatum. Omnia quæ habent, Judæorum illa ſunt, præterquam abominari Gentes, & neque attingere* [e] *aliqua: & præterquam quòd negant reſurrectionem mortuorum, & averſantur alias Prophetias poſt Moſen. Samaritarum Gentes quatuor ſunt Gortheni, qui alijs temporibus feſtivitates agunt quàm Sebuæi. Sebuæi qui propter eandem cauſam in*

 feſtis

[b] *De quatuor Samaritanorum generibus, quæ Epiphanius tradit, nondum illa eruditis placuerunt. Quid enim quæſo Eſſenis cum Samaritanis commune? Vnde Scaliger in Tribær. p. 310. Eſſenos quare in Samaritanis poſuerit Epiphanius neque cauſam ſcio, neque ſi ſciam probare poſſim.* [c] Hebr. שבועאי ἰσοδυναμοῦνται Scalig. Trib. p. 284. [d] παρθενεύειν *enim frequenter Patribus de utroque ſexu ſumptum, generaliter caſtitatem ſervare, in cœlibatu vivere ſignificat.* [e] *Sic Cornarius vertit. Malumus tamen in Maſcul. genere: Attingere aliquos, prout ex ſequenti patebit teſtimonio. Niſi per aliqua intelligamus, ea quorum contactu, ex præſcripto legis quis pollutus fuit, quæq; Benjam. hoc ipſo loco ſubjecto commemorat.*

feſtis celebrandis à Gorthenis diſſentiunt. Eſſeni, qui neutris adverſantur, ſed cum quibuslibet feſta indiſcriminatim celebrant. Doſithei in iiſdem Gentibus (ſine dubio enim Cornarius legit ἔθνεσιν, malo tamen ἔθεσιν; ut ſenſus ſit, iis, quibus Samaritæ, vivunt moribus) *velut Samaritæ vitam degunt, circumciſione, ſabbatho atque aliis. Utuntur & quinque libris Moſis, amplius autem quàm alii ſervant abſtinentiam ab animatis, & frequentiùs in jejuniis vivunt. Quidam ipſorum etiam virginitatem ſervant, alii continenter agunt, credúntque mortuorum reſurrectionem, quod alienum eſt à Samaritis.*

Benjam. in itiner. p. 38. ומשם שני פרסאות לנבילש היא שכם בהר אפרים ואין שם יהודים והיא יושבת בעמק בין הר גריזים והר עיבל ׃ ובה כמו מאה כותיים שומרים תורת משה לבדה וקורין להם שמריטנוש ׃ ויש להם כהני מזרע אהרון הכהן ע״ה וקורין להם אהרוניים ואין מתחתנים עמם אלא כהנים עם כהנים שלא יתערבו עמם ׃ אבל הם כהני תורתם ועושים זבח ומעלים עולה בכנסת שלהם בהר גריזים כמו שכתוב בתורה ונתת את הברכה על הר גריזים והם אומרים כי הוא בית המקדש ומעלים עולה ביום פסח ובימים טובים על המזבח שבנו בהר גריזים מהאבנים שהקימו בני ישראל כשעברו הירדן והם אומרים כי הם משבט אפרים וביניהם קבר יוסף הצדיק בן יעקוב אבינו ע״ה שנ׳ ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים קברו בשכם ושומרים עצמם מטומאת מת ועצם וחלל וקבר והבגדים שלובשים בכל יום מסירים מעליהם בשעת לכתם לבית הכנסת שלהם ורוחצים גופם במים ולובשים בגדי אחרים וכן מנהגים בכל יום ׃

Quæ, ex verſione clariſſimi, multúmque de me meriti viri Conſtantini L'Empereur, S. Th. Doctoris, & Linguæ Sanctæ in Academia Leidenſi Profeſſoris, fautoris & amici honorandi, ſic Latinè ſonant: *Hinc duabus paraſangis diſtat Neapolis, olim dicta Sichem, inter montes Ephraim condita. Nec ulli hic Judæi. In valle jacet inter montem Gerizim & montem Ebal, ubi centum circiter Cuthæi Legis tantùm Moſaicæ obſervatores;*

quos

*quos Samaritanos appellant. Hi ſacerdotes habent ex Aharonis ſacerdotis in pace quieſcentis proſapia, eósq; Aaronæos appellant, qui cum illis matrimonio non junguntur; ſed inter ſe qui ex ſacerdotali ſunt genere, ne cum illis confundantur. Sunt tamen Legis illorum ſacerdotes, parántque victimas, ac offerunt holocauſta in illorum congregatione, idq; in monte Gerizim. Quemadmodum in Lege ſcriptum eſt (*Deut. XI. 29.*) Edes benedictionem hanc in monte Gerizimorum, ideóq; hanc eſſe domum ſanctuarij affirmant. Offerunt autem holocauſta tum Paſchate, tum alijs feſtis in altari, quod in monte Gerizim ex ijs fuit ſtructum lapidibus, quos Iſraelitæ Jardenem transgreſſi erexerant. Ex Ephraimi tribu ſe oriundos profitentur: & in diœceſi ſuâ habent ſepulchrum Joſephi juſti, filij Jacobi, Patris noſtri, qui in pace quieſcit, ſecundùm illud (*Joſuæ XXIV. 32.*) Tum oſſa Joſephi quæ deportaverant Filij Iſraelis ex Aegypto ſepeliverunt Sichemi. Solicitè ſibi cavent à mortuorum, oſſium, occiſorum & ſepulchrorum contaminatione: veſtésque quibus veſtiuntur quotidie cùm ad Synagogam ſuam ſe conferunt, deponunt & corporibus aquâ ablutis, alias quotidiano ritu induunt.*

Patricides Alexandrinæ Eccleſiæ Patriarcha in hiſtoria Eccleſiaſtica, ex multis, quæ temporum injuriâ perierunt, monumentis orientalibus collecta, hæc de Samaritanis, linguâ Arabica, ſed ob typorum defectum Hebraicis à nobis expreſſa characteribus, effatur: ופי אלסנה אלראבעה מן מלך חזקיא מלך יהודא והי אלסנה אלסאבעה מן מלך הושיע מלך אסראייל צער סלמאנאסר מלך [f] אלמוצל ואלגזירה אלי אלסאמריה פחאצרהא תלאתה סנין ופתחהא פאכד הושיע מלך אסראייל פחבסה פנקל

[f] *Gen. XI. v. 14. pro Heb. voce* אשור*, Aſſyria, quæ in Codice Erpen. retinetur Ibn-S.na in M.S. habet* מוצל. *Vnde & Benjamin in Itiner.* אלמוצל היא אשור הגדולה *Almouzal (quam authores Latini modò Moſel, modò Moſul appellant) ipſa eſt Aſſur magna. De qua, ut & ſequenti Amid, conſulatur Sichhardus de Regibus Perſicis p. 191.*

פנקל עשרה אסבאט בני אסראייל מן ארץ אלסאמריה אלי אמד ואלמוצל ובאבל ולם יבק אלא סבט יהודא וגנס דאווד לימלכוא וסבט בניאמין ונקל אהל באבל ואמד ואלמוצל ואסכנהם פי מדאין אלסאמריה בדל בני אסראייל ותרך ענדהם סלמאנאסר מלך אלמוצל כאהנא יקאל לה לון ליעלמהם אלנאמוס פעלמהם לון מא הם עליה מן נאמוסהם והולאהם אבא אלסאמריה ואולאדהם הם אלסאמריה מן פי הדא אלוקת לאנהם אנפרדוא ען אליהוד ורפצוא נבוה דאווד ואלאנביא כלהם וקאלוא ליס בעד מוסי אלנבי וגעלוא רייסהם מן ולד הארון וסמוה אלרייס Id eſt, [g] *Anno quarto Regis Ezechiæ, Regis Iudæ, qui annus fuit ſeptimus Regis Hoſeæ, aſcendit Salmanaſar Rex Aſſyriæ & Meſopotamiæ Samariam, & obſedit eam per tres annos, tandémq; occupavit eam, & cepit Hoſeam Regem Iſraelis, & vinxit eundem, & transportavit decem tribus filiorum Iſrael ex terra Samariæ in Hamatham, Aſſyriam & Babel: neq; remanſit niſi unica tribus Iehudæ & ſtirps Davidis, ut imperaret, item tribus Benjaminis. Babylonios verò, Hamadæos & Aſſyrios collocavit in urbibus Samariæ, loco filiorum Iſrael, & reliquit apud eos Rex Aſſyriæ ſacerdotem, cui nomẽ erat Lun, ut eos Legem doceret. At Lun eos tantùm docuit Legem, in qua illi erant verſati & educati. Atque hi Samaritanorum fuerunt majores, quorum poſteri inde uſq; manſerunt tales, quoniam à Judæis ſeparati fuerunt, rejicientes & conculcantes Prophetias Davidis & Prophetarum, dicentes, poſt Moſen nullũ eſſe Prophetam, ſuúmq; Præſidem, quem [h] Rijs ſive Caput appellant, ex filijs Aharon conſtituerunt.*

XXI.

Ex quibus quid, qualéſve ſint Samaritani luculentum eſt,

[g] 2. *Reg. XVIII. v. 9. 10.* [h] *Vereor ne, ex unius tantùm infra literam* ב *punctuli additamento, irrepſerit* רײס *pro* רבים. *Eſt enim* רבים אלסאמריה, *teſte Antonio Giggeo, in Theſauro Arab. R.* רבם *præſes Samaritanorum. Unde & in Chronico Samarit. nominibus præſidum ut plurimùm præponitur prænomen* רבים, *ut, Rebis Akbon &c.*

eſt. Interim tamen, non inficiamur, multa Epiphanio, cujus Panarium eruditi, [i] *divinum opus, ſcrinium* [l] *Antiquitatis Chriſtianæ* appellant, excidiſſe ἀλλόκοτα, tum quòd Eſſenos inter Samaritanos refert, tum quòd à Doſitheo Sadducæos derivat, cùm Sadducæi Reſurrectionem negarent, Doſithei aſſererent. Verùm quantum ſibi Epiphanius nonnunquam indulſerit, inprimis ubi orientis pertractat hiſtorias & ritus, alio, σὺν Θεῷ, dicetur loco. Quæ verò de ἐθνοβδελυξία tradidit, idem, cum reliquis Scriptoribus, Author, aliorum quoq; confirmari poſſet teſtimonijs. Geographus Arabs, quem Scaliger *authorem* appellat [m] *valdè bonum*, in quinta parte climatis ſecundi ſic loquitur: ומנהא גזירה אלסאמרי יסכנוהא קום יהוד סאמריה ועלאמתהם אן יקול אחדהם אדא לקי אנסאנא לא מסאס ובהדה אללפטה יערף אנהם מן אליהוד אלמנסובין אלי אלסאמרי צאחב אלעגל פי זמן מוסי עליה אלסלאם. Quæ verba ſic Magnus & incomparabilis heros Scaliger vertit: *Poſt eam, Inſula Samaritarum, quam incolunt quidam Judæi Samaritæ. Argumento eſt, quòd unusquisque eorum dicat, quoties aliquis applicat ſe ad eos,* Ne attingas. *Et hoc quidem ſermone cognoſcitur, quòd ipſi ſint ex ijs Judæis, qui cognominantur Samaritæ, complices vituli in ſeculo Moſis, ſuper quem ſit pax.* Quem tamen locũ exactiùs examinatũm, hunc in modum commodiùs verti poſſe exiſtimamus: *Ab inde eſt inſula Samari* (non, ut Scaliger vocat, inſula Samaritarum, quia סאמרי nomen proprium, in ſingulari numero poſitum eſt) *in qua habitat populus quidam Judaicus, qui Samaritani dicti. Atque hoc ſignum eſt διακριτικὸν, quo dignoſcuntur, ut, in quem incidant, unusquisque eorum exclamet:* Ne me tangas (quamvis & [n] Phariſæi ſanctimoniam præ ſe feren-

---

[i] *Ioſephus Scal. in Elench. Tribæreſ. p. 259.* [l] *Idem in eodem libro p. 283.*
[m] *In eodem libro ſic eum appellat. Et lib. de Emendatione temporum VI. p. 663. vocat eum, Eximium.* [n] *Vide Exercit. ſacram in Hiſtor. Inſtit. Cœnæ Domin. Cl. Buxtorfij theſ. XXX.*

ferentes ſingularem, à עַמֵּי אָרֶץ *populis terræ*, id eſt, *Idiotis*, tangi noluerint.) *Hac verò voce dignoſcuntur quòd ſint à Judæis, quorum origo eſt à Samari authore* (nec enim, etiamſi vel maximè hiſtoriæ ſeries id requireret, conſtructiò permitteret, ut per צאחב [o] אלעגל, quod ſingularis numeri eſt, *complices vituli aurei* denotentur) *vituli; tempore Moſis, ſuper quem ſit pax.*

XXII.

Sed ne conjecturis tantùm incertis *ῥιπίζεσθαι* videamur, ſciendum eſt per Muhammedem, multa in maledictam Alcorani *ῥαψῳδίαν* ex hiſtorijs ſacris ita compilata, ut ipſe nominum memoriam retinens, rei geſtæ tamen, anachroniſmorum nævis, obduxerit intolerabilia ſcotomata. E.G. Moſi Patrem ſcriptura tribuit [p] עמרם *Amram*, ſororem Mariam: hinc Impoſtor ille exclamavit, & ineptè, tanquam ex tripode allatum oraculum, in Alcoranum infarſit, [q] *Mariam θεοτόκον eſſe Imramis filiam.* Ejuſmodi monſtra ſexcenta à nobis ex Alcorano, [r] Beidavi, [ſ] Keſchapho commentarijs in eundem celeberrimis, [t] Keſſæo Hiſtorico, alijſque Scriptoribus Arabicis collecta & conſcripta alibi proferentur. Nunc de hoc Samari, quem non tantùm unanimiter [u] Muhammedani credunt vitulum illum aureum, tempore Moſis, conflâſſe, ſed ſcriptis etiam [x] Polemicis id in ſacra Scriptura aſſeri contendunt, con-

---

[o] *In plurali enim, ut ex Grammatica, & exemplo ab ipſo Scal. lib de Emend. temp. VI. p. 661. allato conſtat, habet* אצחאב. [p] *Exod. VI. v. 20.* [q] *Hinc totum Caput III. Alcorani titulum Al-Imran, id eſt, familia Imran, quòd ibi de Maria θεοτόκῳ, cujus patrem Imran fuiſſe imperitè agyrta aſſerit, ejúsq; genealogia ſuſiùs agatur, habet.* [r] *Duos commentariorum in Alcoranum reliquit tomos.* [ſ] *Author Keſchaphi, ſeu Revelationis, id eſt, commentariorum in Alcoranum aliquot tomis conſcriptorum, eſt Zambaſchari, de quo Ibn-Chalican in προσωπογραφίᾳ authorum Arabicorum, M.SC. ſcribit, quòd in commentando incomparabilis fuerit.* [t] *Hic omnes ferè, utriuſque T. deſcribit hiſtorias.* [u] *Quia expreſſè hoc Sur. XIX. in Alc. docetur.* [x] *Sic impudenter aſſerit Ahmed. Ibn-Edris jam antè citatus, Lib. II. q. 98. ubi tradit vitulum fuſum eſſe, juxta Danielis Prophetiam, à Micha Samari. Nugæ!*

conjecturam noſtram aliorum judicio ſubjectam depromimus. Reges Iſraelis Samariam, Metropolim ſibi delegiſſe non eſt dubium: unde cùm & ipſi paulatim, ad inſtar Gentium reliquarum,[y] Mediatores ſecundarios, animalium figuris adumbratos, confinxiſſent, teſtantur S. Literæ 1. Reg. XII. 28. Jeroboamum duos feciſſe vitulos aureos, quorum alterum in Dan, alterum poſuerit in Bethel. Judæus itaque agyrta, à quo Muhammed. V. T. notitiam hauſit confuſam, ubi Samariæ Regem, vitulos conflâſſe recitâſſet, ad ſolam סאמרי vocem, quæ [z] fraus ſæpiſſimè deprehenditur, Muhammed attendens illicò nomen viri, tempore Moſis (nam utramque Aharonis & Jeroboami *μοσχοποιΐαν* confudit) vitulum conflantis, proprium pueriliter hariolatus eſt. Atque ab hoc Samari, Samaritanos deductos, Arabes nugaces volunt, quibus tanquam pœnæ loco ſignum, quo obvio cuivis *μὴ πρόσψαυσον* acclamant, inuſtum eſſe tradunt. Hinc *Inſula* illa *Samari* ex Alcorano ficti, in qua Samaritani, juxta Geographum, habitârunt. Omnia hæc compendiosè ex Arabum monumentis allata verſionem hanc noſtram ſatis, ut ſpero, probabunt.

XXIII.

Verùm è diverticulo in viam. Samaritani, cùm, ut fusè hactenus explicuimus, à Iudæis avulſi, locum cultui ſacro deſtinatum alium, præter Hieroſolymitanum, montem videlicet Garizim, quem ſibi, lege ſuâ à Moſe præſcriptâ, commen-

[y] Vide Kimchium ad c. XVII. 2. lib. Reg. ad verba ויראו את יהוה. *[z] Sic cùm Iſraelitæ primitus ab Hebero Hebræi dicti, Iudæi poſt modum uſitatiſſimè ab omnibus gentibus vocarentur, placuit Muhamm. per Aphæreſin non ſolùm Iudæos appellare Hudæos, ſed & ipſum Heberum, per totum Alcoranum ſcribere Hudum. Oſcitantiæ hujus veſtigia ubivis in Alcorano ſunt obvia. Quin imò cum Iud. c. XVII. referatur de Micha, quòd ſculptile fieri curârit, de hiſtoria, Muhammedani, vituli conflati certi, incerti de tempore, non erubeſcunt hunc ipſum Micham, longè poſt Moſis tempora exiſtentem,* Μοσχοποιΐας *Iſraelitarum in deſerto reum agere. Sic ſtatuunt Zamhaſchari, & Ahmed Ibn-Edris.*

dari prætenderunt, ſelegiſſent, graviſſima de ipſo *Pentateucho originali* mota eſt quæſtio, Samaritanis ex lege Moſaica pro *monte Garizim*, Iudæis pro *urbe Sancta & templo*, divino mandato erecto, ex univerſa ſcriptura dimicantibus.

XXIV.

Atque ita initium ſumſit diſtinctio illa inter *Pentateuchum*, quem ſibi quique, & *Judæi* [a] οἷς ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, [b] qui librarij Chriſtianorum fideliſſimi, qui [c] populus libri: & *Samaritani*, , à tam Sancto conſortio Esdra videl. Nehemia, Zacharia, Haggæo, Malachia &c. diſcedentes, & proprijs cerebri figmentis inhiantes, vendicârunt.

XXV.

De *Judaico Pentateucho*, quem quotidie manibus terimus, ſive ipſum textum Hebræum, ſive in Linguas vernaculas translatum intelligas, nihil attinet dicere: ſecus ſe res *cum Samaritano* habet, de quo, fortè [d] per mille annos, altum inter Theologos fuit ſilentium, cujus tamen, quod, ut probemus, è re erit, non ſemel tantùm meminerunt veteres. I. Meminit ejus Cyrillus ad Gen. IV. hæc irreptitia τῶν LXX. verba: Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον: παρ' οὐδενὶ, inquit, τῶν λοιπῶν κεῖται τὰ ῥήματα τοῦ καὶν πρὸς Ἄβελ, ἀλλ' οὐδὲ παρ' ἑβραίοις, παρὰ δὲ τοῖς ἑβδομήκοντα κεῖται, ἔχει δὲ αὐτὰ καὶ τὸ σαμαρειτικόν. Id eſt, *In nullo reliquorum (Interpretum) reperiuntur verba Caini ad Abelem, neque apud Hebræos, ſed in LXX. Interpr. poſita ſunt; quæ & Samariticus codex habet.* Ubi per Samariticum codicem intelligitur verſio Græca, ſine dubio, circa tempora Alexandri Magni, aut paulò pòſt introducta, & ex Samaritanorũ codice Hebræo translata. Hoc autem loco prætereunda non eſt magna,

[a] *Rom. c. III. v. 2.* [b] *Sic Auguſtinus in Pſal. LVI. eos vocat. Et in Pſal XL. Capſarios noſtros appellat.* [c] *Sic in Alcorano, ex Interpretum ſenſu, ſæpiſſimè nuncupantur. Sur. II. de vacca rufa v. 108.* [d] *Nam, ſi Morino Exercit. I. p. 8. credimus, Pentateuchi hujus memoria à temporibus S. Hieronymi ad nos uſque inter mortua, & pene deleta fuerat.*

gna, quæ, hujus commatis hominibus,[c] frequentiſſima eſſe ſolet in Antiquitatem injuria. Morinus enim, qui non tantùm editionem Græcam, ex authoritate Sixti V. Pontif. Max. editam,[f] *integram inviolatámque repræſentare*, ab ea *ne*[g] *latum quidem unguem ſecedere* (ita muli mutuò ſe ſcabunt, dum ulcera purulenta premere non audent) voluit, ſed &[h] eam *incommodis laborantem juvare*, locum hunc Cyrilli non integrum, quod fieri conveniret, ſed mancum, ne, quod una extruit manu, altera deſtruat, adducit. Eum nos, ut perſonæ larvam detrahamus, ex antiquiſſimo Bibliothecæ noſtræ Civicæ M.S. Græco nitori ſuo reſtitutum ſic reddimus: παρ᾽ οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κεῖται τὰ ῥήματα τοῦ Καΐν πρὸς Ἄβελ· ἀλλ᾽ οὐδὲ παρ᾽ ἑβραίοις ἀλλ᾽ ἐν Ἀποκρύφῳ φασί. παρὰ δὲ τοῖς ἑβδομήκοντα κεῖται, ἔχει δὲ αὐτὰ καὶ τὸ σαμαρειτικόν. Id eſt, *In nullo reliquorum reperiuntur verba Caini ad Abelem, neque apud Hebræos, ſed dicunt in Apocrypho* (qua voce fortè Targum Ionathanis, in quo reperitur, intelligit. Patres enim, ad quos Targumiſtarum, poſteriorum cum primis, longè à ſenſu literali recedentium, & Talmudis pervenit memoria ἀποκρύφων ea ferè titulo inſigniunt) *haberi: in LXX. Interpretibus etiam poſita ſunt, quæ & Samariticus codex habet.* Vidit nempe Morinus nullam conciliare authenticam authoritatem in Eccleſia vocabulum[i] ἀπόκρυφον, Canonico oppoſitum, quod prætereà & ille, ſive ignorantiâ, ſive malitiâ expunctum ex teſtimonio illo, ἀποκεκρυμμένον, planéque ſepultum voluit. II. Eundem ferè locum, expreſsâ Samaritani Pentateuchi mentione, citat Hieron. in Quæſt. in Gen. Tomo op. IV. p.m. 92. qui tamen, quem pro ſe, præfat. in Bib. Græca ſect. VII. Morinus affert, omnem

[c] *Teſtantur id Indices expurgatorij. Conſulatur etiam de vero Patrum uſu Ioh. Daille, Gallicè ſcriptus liber eruditiſſimus c. IV. & Catal. teſt. verit. t. 1. p. 21.* [f] *In Præfat. in verſ. LXX. ipſe ſic loquitur Morinus S. 44.* [g] *Idem 44.* [h] *Ib. dem.* [i] *Iuxta vulgatum illud in Eccleſia receptum axioma:* Apocrypha neſcit Eccleſia.

ſententiæ ipſius vim, ut poſtea audiemus, adimit. III. Mentio ejus fit iterata apud eundem Hieronymum Præfat. Coment. in lib. Regum tom. IV. fol. 7. IV. Exod. cap. VIII. v. 21. ad vocem κυνόμυιαν, quæ,[1] juxta Philonem, *animal compoſitum ex muſca & cane* ſignificat, Scholiaſtes Græcus σαμαρειτικὸν κόρακα, *Corvum* vertere notat. V. Exodi X. v. 7. idem Scholiaſtes pro σκῶλον, quod *Scandalum* eſt, εἰς ἄτας *in detrimenta*, tranſtuliſſe refert Samaritanum. VI. Exodi XIV. v. 15. pro ἀναζευξάτωσαν *disjungantur*, Scholiaſtes Samaritano tribuit, ἵνα ἀπάρωσιν *ut ſublatis caſtris abeant*. VII. Exodi XVI. v. 31. pro ὡσεὶ σπέρμα κορίου λευκὸν *ut ſemen coriandri album*, Scholiaſtes ex Samaritico adducit, ὡς σπέρμα ὀρύζης *tanquam ſemen oryzæ*. IIX. Exodi XXVI. v. 5. phraſin illam, τῶν LXX. ἀντιπρόσωποι ἀντιπίπτουσαι ἀλλήλαις εἰς ἑκάστην, *faciem contra faciem concidentes ad ſe invicem, ad unamquamque*, à Samaritico, juxta Scholiaſten, redditur Διαδεχόμεναι συμβολαὶ μία πρὸς μίαν ἀντιπροσώπως κατὰ τὸ προσέχειν ἀλλήλαις, *excipientes ſe commiſſuræ una ad unã, facie obverſa, ut ſibi invicem cohærerent*. IX. Exodi XXVIII. v. 4 pro κίδαριν, *cidarim*, Scholiaſtes ex Samaritano allegat πήλιον *pileum*. X. Exodi XXXII. v. 18. pro οὐκ ἔστι φωνὴ ἐξαρχόντων κατ' ἰσχὺν, οὐδὲ φωνὴ ἐξαρχόντων τροπῆς, ἀλλὰ φωνὴν ἐξαρχόντων οἴνου ἐγὼ ἀκούω, *Non eſt vox præcinentium ſecundùm fortitudinem, neque vox præcinentium fugam, ſed vocem præcinentium vinum ego audio*. Scholiaſtes ex Samaritano affert, οὐκέτι φωνὴ ἀποκρίσεως ἀνδρείας, καὶ οὐκέτι φωνὴ ἀποκρίσεως ἥττης, ἀλλὰ φωνὴν ἁμαρτιῶν ἐγὼ ἀκούω, *Non jam vox reſponſionis fortitudinis, & non jam vox reſponſionis cladis, ſed vocem delictorum ego audio*. XI. Levit. VIII. v. 15. pro ἐκαθάρισε *purgavit*, Samarit. habet ἱλάτευσε *propitiavit*. XII. Levit. cap. XIII. v. 51. pro λέπρα ἔμμονος *permanens*, Samarit. habet, ſecundùm Scholia, φιλόνεικος *obſtinata*.

XIII.

---

[1] *Lib. 1. de vita Moſis p. 482.* ἐκ τῶν ἀναιδεστάτων ζώων συνθέντες τοὔνομα, μυίας καὶ κυνὸς ἐκάλεσαν.

XIII. Levit.c.XXV.v.25.pro *ἀγχιστεύων propinquus*, Samarit. habet λυτρωτὴς *redemtor*. XIV. Levit.XXVI.v.24.pro θυμῷ πλαγίῳ *furore obliquo*, Samarit.habet ἐμφιλονείκως *pertinaciter*. XV. Eodem cap.v.41.pro ἀπερίτμητος *incircumciſus*, Samarit. ἀκρόβυστος *præputiatus*. XVI. Levit.cap.XXVII. v.14.τιμήσεται αὐτὴν ὁ ἱερεὺς ἀνὰ μέσον καλῆς καὶ ἀναμέσον πονηρᾶς, *æſtimabit eam ſacerdos inter bonam & malam*, Samarit. καὶ διατιμήσεται αὐτὴν ἱερεὺς εἴτε καλὴ, εἴτε σαπρὰ, *æſtimabit eam ſacerdos ſive bona, ſive putris*. XVII. Num.cap.IV.v.25.pro κατακάλυμμα ὑακίνθινον *cooperimentum hyacinthinum*, Samarit. ἐπίσπαστρον *velum, tentorium*, quę dictio, inquit Nobilius, in aliquot editiones vulgatas irrepſit. XVIII. Num.cap.VII.v.3. pro ἓξ ἁμάξας [m] λαμπηνικὰς *vehicula Lampenica*, Samarit. habet δυνάμεως, *virtutis, roboris*. XIX. Num.XIII.v.33. pro ἔκστασιν τῆς γῆς *pavorem terræ*. Samarit habet, ὄνειδος κατὰ τῆς γῆς *infamiam, opprobrium contra terram*. XX. Num.cap. XVIII.v.7.pro δόμα τῆς ἱερατείας ὑμῶν *dationem ſacerdotij veſtri*, Samarit.habet δόματι δώσω τὰς ἱερατείας ὑμῶν, *datione dabo ſacerdotia veſtra*. XXI. Num.XXIV.v.7.pro ὑψωθήσεται ἡ Γὼγ βασιλεία, *Exaltabitur Gog regnum*, Samarit.habet, juxta Diodorum, ὑψωθήσεται ὑπὲρ Γὼγ βασιλεὺς αὐτοῦ, *Exaltabitur ſuper Gog rex ejus*. XXII. Num.cap.XXIX.v.1.pro ἡμέρα σημασίας ἔσται *dies ſignificationis erit vobis*, Samarit. ἡμέραν ἀκουστὴν, *diem ſonoram*, reddit. XXIII. Num.XXXI.v.26.pro λάβε τὸ κεφάλαιον *accipe caput*, Samarit. λάβε τὸ τέλος, *accipe ſummam*. XXIV. Num.XXXII.v.12.pro ὁ διακεχωρισμένος, *ille ſegregaturus*, Samarit. ὁ κενεζαῖος, ἤτοι ἀποχωρίσας ἑαυτὸν ἀπὸ

[m] *Euſeb. Emiſs. dicit*, ἁμάξας λαμπηνικὰς τὰς διατρόχους. (*quæ rotis ad diſcurrendum aguntur*) λέγει, ἅστινες ζυγοφόρα καλοῦσι. *Nam* λαμπήνη (*teſte Heſychio Lexicographo Chriſtiano doctiſsimo*) εἶδος ἁμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται· ἔνιοι, ἀπήνη, ἢ ἅρμα, ἢ εἶδος (*prout verba iſta in impreſsis exemplaribus eraſa, in exemplari ſuo, quo utimur., reſtituit* ὁ πάνυ *Conradus Geſsnerus*) ἁμάξης περιφανοῦς βασιλικῆς, ἢ ῥαβδίον περὶ κεφαλήν ἐστι, ἅρμα σκεπαστόν.

ἀπὸ τῆς βουλῆς τοῦ Ἰσραὴλ λέγοντος, οὐ πορευσόμεθα εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, *Kenezæus, nimirum ſegregans ſe à conſilio Iſrael dicentis, non ibimus in terram poſſeſſionis*. Poſſemus & alia afferre exempla tum ex Catena Patrum M. S. tum ex Procopio Gazæo, qui & ipſe commentarijs in Deuteronomium pag. 435. ex edit. Clauſeri, Samaritici codicis meminit, ijs tamen, cùm, quod volumus ſatis ex dictis manifeſtum ſit, recenſendis ſuperſedebimus.

XXVI.

Neque actum egiſſe nos quis exiſtimet, quòd tantum ex antiquitatis monumentis μαρτύρων produximus νέφος. Elucet enim inde non de chimæra aliqua, lana caprina, aut otioſa Scholaſticorum περιέργων quæſtione, ſed de libro, crebrò ab Eccleſiæ Doctoribus minimè obſcuris, laudato ſermonem eſſe. Sed, priùs quàm noſtram κατὰ θέσιν ponamus ſententiam, alias, vel magis, vel minùs à veritate remotas, κατ' ἄρσιν præmittemus, tacitéque diluemus. Tres autem ſunt variantes, atque à verò deviantes eruditorum opiniones.

XXVII.

Prima eſt eorum, qui exiſtimant Pentateuchum Samaritanum eundem planè eſſe cum noſtro Judaico. In hac opinione fuit Hieronymus, cujus verba hæc ſunt: [n] *Samaritani Pentateuchum Moſis totidem literis ſcriptitant, figuris tantùm & apicibus diſcrepantes.* Sic Joſephus Scaliger: [o] *Totidem literis ne una quidem minùs aut ampliùs* (Samaritani) *Pentateuchum legunt.* Et paulò poſt: [p] *Tantum abeſt*, inquit, *ut aliquid aſſuerint Pentateucho, ut totidem literis quot Judæi ſcriptum habeant.* Sed hanc ſententiam exemplaribus Pentateuchi Samaritani, ijs ſaltem, quæ ab aliquot retrò ſeculis ſcripta, non competere, noſtra docebunt, ex ipſius ſcripti viſceribus eruta argumenta.

XXVIII.

[n] *Præfat. in lib. Regum tom. IV. fol. 7.* [o] *Libro de Emend. Temp. VI. p. 662.* [p] *Ibid. p. 663.*

XXVIII.

Imò, quod veriſſimis rationibus aſtrui poteſt, ſi ad Hieronymi judicium, quo uno ferè ſteterunt eruditi hactenus, hinc inde de Samaritanorum literis & libris relictum, attendamus, vix unquam illum eos inſpexiſſe, aut vidiſſe liquidiſſimè apparebit. Nam 1. quis non, literas edoctus Samaritanas, utut diverſimodè ab authorib. ſcriptas, miretur Hieronymum Comm. lib. III. in Ezech. cap. IX. v. 4. ad verba התוית תו *deſignabis Thau*, vel, ut alij vertunt, *ſigno*, ſic ſcribere: *Et ut ad noſtra veniamus, antiquis Hebræorum literis quibus uſque hodie utuntur Samaritani, extrema Thau litera habet crucis ſimilitudinem?* Certè Angelus Roccha à Camerino in Bibliotheca ſua Vaticana p. 83. crucis analogiam in Samaritanorum Thau, quod tale eſt ࠕ, non vidit. *Admiror*, inquit, *cur extrema litera ſuperioris Alphabethi figuram* T; *Thau, quæ ſanctiſſimæ crucis ſimilitudinem repræſentat, non habeat; ſicut in antiquioribus Hebræorum literis reperiri ſanctus Hieronymus ait.* Hunc tamen errorem ab Hieronymo avidè arripuit Sixtus Senenſis in Bibliotheca Sancta libr. II. pag. 120. *Sciendum eſt*, ait ille, *ut Hieronymus in pleriſque locis operum ſuorum teſtis eſt, Judæos ante captivitatem Babylonicam alias, quàm nunc habuiſſe literas cum Samaritanis communes, à Moyſe videlicet acceptas; quarum poſtea figuras Ezra de captivitate reverſus mutavit, ut Judæi, qui literarum numero, ordine, ſono, ac ſignificatione cum Samaritanis infidelibus, & Judaici nominis hoſtibus conveniebant, ſaltem ab ipſis diſcreparent formâ literarum: quarum ultima communi utriuſque gentis vocabulo Thau appellatur: & quæ prius figuram crucis repræſentabat* ✠, *Eſdras in hanc* ת *notam, qua nunc Judæi utuntur, transformavit.* Sed num quis credat à tanto, in literaturà omni verſatiſſimo viro, *παρόραμα* hoc committi potuiſſe, ſi Alphabethum Samaritanum vel limis inſpexiſſet oculis? Quis adeò *μυωπάζει*, ut ſolâ ductus naturâ, & experientiâ non animadvertat, quantum differat figura crucis ab

hoc Samaritanorum ✕ Thau? Hoc quidem non negamus Æthiopicum, ut vocamus, vel, ut Poſtellus appellat, Indicum, vel, ut Angelus Roccha ex Theſei Ambroſij canonici regularis Lateranenſis variarum Linguarum introductione nuncupat, Jacobiticum extare Alphabethũ, cujus litera T figuram crucis hoc modo omnino repræſentat ✠. Sed hoc Hieronymum, ut patet, nihil juvat. 11. Quod de *Apicibus* monet Hieronymus, *diſcrepare in illis Samaritanos ab Hebræis*, & hoc quoque ſuſpicionem auget. Per apices enim ſine dubio intelligit puncta vocalia, quæ tamen vix exiſtimo, tempore Hieronymi, Samaritanos habuiſſe. Sanè, vel antiquiſſima exemplaria, quæ ab illis extorqueri potuerunt, nihil tale oſtendunt: Sed neque hodie inter illos ullus vocalium expreſſarum uſus eſt. Unde Poſtellus in Alphabetho duodecim Linguarum ait: *Punctis hodie, quæ habebant Hieronymi tempore, carent, legúntq; ſine punctis depravatè admodùm.* Aut quorſum, ſi ſuas habuiſſent vocales expreſſas, quarum beneficio expedita, atque polita emergit lectio, tam turpiter, tantóque cum periculo eas amiſiſſent? Quorſum adeò vitioſam pronuntiationem, in qua nulla analogia, nullus nitor, verâ rejectâ, ij qui orthographias laude præ cæteris orientalibus eminent, & emicant introduxiſſent? Nam, quod teſtis quidam αὐτήκοος Samaritanis Damaſci familiaris, Clariſſimo D. Golio referebat, adeò inſulſa atque inepta eſt hodiernorum Samaritanorum pronuntiatio, ut vel eruditæ, Grammaticámq; edoctæ aures vix eam ſuſtineant. Etenim Judæorum pronuntiationem jucundam atque ſuavem בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים barbarâ hâc illi hodie eliminant בַּרַאשִׁית בַּרַא אַלַהִים, quâ quid ineptius? Exiſtimo igitur Hieronymum, quæcunque de Samaritanorum literis tradit, & libris, ex auditione tantùm, & incauta aliorum, Judæorum præſertim, à quibus non rarò veris admixta accepit falſa, perſuaſione hauſiſſe, ac proinde ejus hac de re teſtimonia ad veritatis & antiquitatis Canonem examinanda

nanda eſſe. Nam quomodo, quæſo, ut alia ἀνισορησίας, aut impoſturæ Judaicæ, ſancto illi viro, à Magiſtro ſuo Judæo propinata omittam exempla, conciliabis, quæ in hæc verba Jeſ. cap. VIII. *Et erit in petram ſcandali duabus domibus Iſrael*, ita ſcribit: *Duas domus Nazaræi (qui ita Chriſtum recipiunt, ut obſervationes legis Veteris non omittant) duas familias interpretantur Sammai, & Hillel: ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi, quorum ſuſcepit ſcholam Akibas, quem magiſtrum Aquilæ proſelyti autumant, & poſt eum Meir: cui ſucceſſit Johannan filius Zachæi, & poſt eum Eliezer; & per ordinem Delphon: & rurſum Joſeph Galilæus, & uſque ad captivitatem Jeruſalem Joſue. Sammai igitur & Hillel non multò prius, quàm Dominus naſceretur orti ſunt in Judæa: quorum prior diſſipator interpretatur, ſequens prophanus: eò quòd per traditiones & δευτερώσεις ſuas Legis præcepta diſſipaverint atq; maculaverint.* Hactenus Hieronymus. *Sed*, inquit Caſaub. Exerc. I. ad Appar. Annal. p. 55. *ut vides aliena fide. Narrat enim quæ acceperat ab auctoribus non optimis, Nazaræis, hæreticis, ſemichriſtianis. Illud primò quàm frigidum duas domos Iſrael, de quibus Propheta, eſſe familias Sammai, & Hillel? dicerent ſaltem ſectas duas nobiliſſimas innui Phariſæos, & Sadducæos, quomodo alibi explicat Hieronymus ipſe, ut ad cap. Matth. XXII. Sed ille ſenſus eſt myſticus. Cæterùm loquitur ibi Iſaias de populo Judaico in partes duas tum diviſo, atque, ut ait author veteris Gloſſæ, de duabus tribubus, & decem. Aliter paulò Lyranus, ſed in eandem ſententiam. Cui verò perſuadebunt Nazaræi, Scribas, & Phariſæos ex Hillelis & Sammai ſchola propagatos? Paulò pòſt dicunt ijdem, duos illos Doctores non multò prius, quàm Dominus naſceretur extitiſſe. Quomodo igitur originem ab ijs Scribæ habuerunt, quorum in Veteri Teſtamento frequens adeò mentio? Sed de Scribis mox. Phariſæi quoque tam recentes in populo Dei non fuerunt, ut paulò ante Chriſti ἐνσάρκωσιν dici queant cœpiſſe. Joſeph. lib. XIII. c. 9. Phariſæorum meminit, ut & Sadducæorum atque Eſſenorum in*

rebus Jonathæ Aſſamonæi, annis ante nativitatem Chriſti minimum CXL. in Hiſtor. autem XVIII. cap. 11. affirmat tres illas ſectas, vel, ſicut ipſe appellat, φιλοσοφίας, cognitas fuiſſe Judæis ἐκ τῶν πάνυ ἀρχαίων, à temporibus admodùm antiquis. Etſi autem definire tempus præcisè non poſſumus, quo nati Hillel & Sammai; quia tamen conſtat, iſtos eſſe, qui dicuntur Joſepho Pollio, & Sameas, initio Lib. XV. & cap. XIII. atq; alibi. Conſtat etiam Hillelem fuiſſe Akibæ præceptorem, ut hîc rectè dicit Hieronymus; neque dubitatur natum Akibam circa primum annum Chriſti; tutò poſſumus inde concludere, falsò tantam illis antiquitatem tribui, ut ab illis orti ſint Phariſæi. Falſum etiam eſt, ut dudum monuit Scaliger, Hillel ſignificare prophanum: in quo negari non poteſt, mirè hallucinatum eſſe Hieronymum. Non enim per ח ſcribunt hoc nomen Hebræi, חלל prophanavit: ſed הלל per ה laudavit. Probabilius eſt quod ſequitur: Sammai eſſe diſſipatorem; שמם diſſipavit, vaſtavit: tamen ne id quidem temerè concedent criticæ Hebrææ periti, ut docuerunt Scaliger, & Druſius. Sequitur ſucceſſio Doctorum ab Hillele ad deletam urbem: qua in enumeratione multa illi ſint ſuſpecta neceſſe eſt, qui ſcripta Rabbinorum illorum contulerit, qui ſucceſſionem Kabbalæ ſive ordinem τῶν מקבלים expoſuerunt, ut habetur in Pirke Avoth, Germine Davidis, Juchaſin, alijs libris. Videat ſtudioſus lector, quæ ſcribit Scaliger in Elencho Trihæreſij. Sed & ſuſpecta lectio eſt apud Hieronymum Delphon, pro quo non ſine cauſa conjicit doctiſſimus Druſius ſcribendum eſſe Terphon, aut Tarphon, vel quod uſitatius Tryphon. Delphon enim nullus, quod ſciam, comparet uſquam inter veteres Rabbinos, ne in Juchaſin quidem: eſſe tamen nomen antiquum ſcimus; nam in Eſteris cap. VIII. nominatur inter alios Judæorum hoſtes & Dalphon, unus è decem filijs Amanis. Adde & hoc, falſum eſſe, natum Hillelem in Judæa, cùm natus ſit in Babylonia, unde & Hillel Babylonius appellatur: Sic enim in Lib. Juchaſin. pag. 19. a. נִקְרָא הִלֵּל הַבַּבְלִי לְפִי שֶׁהָיָה מִבָּבֶל Vocatur Hillel Babylonius, quoniam de Babe-

Babele fuit. Poſtea verò, ut legitur in Talmud Peſachin fol. 66.1. עָלָה מִבָּבֶל de Babel aſcendit, Hieroſolymam nempe, ut habetur in Zemach David parte 1. p.34.b. Ejuſdem farinæ eſt, quod alibi Hieronymus, comment. ad Obadiæ v.20. de voce סְפָרַד notat, *Nos ab Hebræo, qui nos in Scripturis erudivit didicimus boſphorum ſic vocari.* Oʻμόψηφον planè alteri Judæorum delirio, qui omnes ſecuti Chaldæum Paraphraſtem Hebræam vocem hoc loco poſitam, ut proprium regionis nomen interpretantur: dignum eſt tam audacibus fabularum authoribus. Sed ſatis de prima hac Hieronymi eúmq; ſequentium ſententia.

XXIX.

Secunda ſententia Sycophantarum & calumniatorum Judæorum eſt, qui ſpongiam pariter & lacinias Samaritanis in codicem ſacram illatas, tum *indirectè*, tum etiam *directè* objectant. *Indirectè*, quatenus Alphabethum Samaritanis tribuunt tribus literis ע, ח, ה orbum. Sic enim R. Benjamin in itinerario ſuo p.m.39. וְאֵין לָהֶם שָׁלֹשׁ אוֹתִיּוֹת ה׳ וח׳ וע׳ מִן אַבְרָהָם אָבִינוּ וְאֵין לָהֶם הוד ח׳ מִן יִצְחָק אָבִינוּ וְאֵין לָהֶם חֶסֶד ע׳ מִן יַעֲקוֹב אָבִינוּ וְאֵין לָהֶם עֲנָוָה וּבִמְקוֹם אֵלֶּה הָאוֹתִיּוֹת מְשִׂימִין א׳ וּבָזֶה הַדָּבָר נִכָּרִים שֶׁאֵינָם מִזֶּרַע יִשְׂרָאֵל כִּי הֵם יוֹדְעִים תּוֹרַת מֹשֶׁה חוּץ מֵאֵלּוּ שָׁלֹשׁ אוֹתִיּוֹת: Id eſt, *Tribus his carent literis* ה ח *&* ע: ה *in nomine Abrahami Patris noſtri, unde & deſideratur nomen* הוד *gloria;* ח *in nomine Iſaaci Patris noſtri, unde etiam deſideratur* חֶסֶד *benignitas;* ע *in nomine Jacobi Patris noſtri, unde nec vocem* עֲנָוָה *ſignific. manſuetudinem adhibent, quocirca in his dictionibus utuntur litera* א. *Atque hoc indicio, ex Iſraëlis poſteris non eſſe cognoſcuntur, quia Moſis Legem abſq; tribus literis agnoſcunt.*

XXX.

Quæ, de literis à Samaritanorum ſchola excluſis, ſententia ita nonnullis arriſit, ut eam ipſam ijs, qui Samaritanis characteribus Legem ſcriptam, adeóq; eos Moſi coævos aſſerunt, tanquam arietem inconcuſſum obtendant. Sic enim Gui-

Guilielmus Schikardus, quaſi pro conceſſo ex Benjamine literarum harum defectum ſumens, loquitur: [q] *Quòd ſi ergò his aſpirationibus carent, judicet lector an Pentateuchus olim ante Eſdram eâ Scriptura exarari potuerit? quòd illi contendunt.*

XXXI.

Alij contra [r] ſycophantiam vocant judaicam; alij impoſturam, [ſ] quâ fœdius nihil. Hanc igitur, quod vel ex obliquo diſcrepantium intuitu patet, litem dirimere etſi difficillimum ſit, aliósque quàm noſtros requirat humeros, exiſtimamus tamen & olitorem, à maximis quibusvis diſſentientem, opportuna locutum audiendum eſſe. Fateor quidem Benjaminem peremtoriè ſatis abjudicare Samaritanorum Alphabethō elemēta tria, pronunciatu [t] pariter, & inter pronunciandum diſtinctū, ut Rabb. docent, difficilia חהע: interim, ipſe, quo ſenſu hoc concedi poſſit, videtur ſe explicare, dum eorū loco unicam literam א ſubſtitui affirmat, quod certè fundamento non caret. Etſi enim vel maximè cum Scaligero, Morino, & alijs larga demus manu, *his literis ubique ſcatere Samaritanorum codices*: vix tamen, quod periculum facienti clarum erit, major, per univerſum contextum Moſaicum Samaritanorum confuſio eſt, eâ, quam literæ ה ח & ע, vicariam ſibi præſtantes operam, pariunt, ut vel inde evinci queat, Samaritanis, utut illi habuerint κτῆσιν τὸ ὂν, i. e. trium horum elementorum figuras, ſemper tamen defuiſſe legitima χρῆσιν τὸ ποῖον; i. e. eorundem legitimam pronunciationem & ſcriptionem. Hinc, exemplis enim res fiet manifeſtior, Gen. VII. 19. pro גְּבֹהִים *alti*, Samarit. habet גבחים, de qua mutatione, pluribus locis illuſtranda, paulò poſt dicetur. Gen. c. VIII. 4. pro Heb. אררט. Samarit. habet הררט. Sic Exodi VI. 1. & Num. XI. 23. ubi Hebræus habet עַתָּה. *Nunc*

Sama-

[q] *In Notis, ad calcem libri de jure Regio Hebræorum, poſitis.* [r] *Scalig. lib. de Emend. temp. VI p. 662. Et contra Nicolaum Serar. in Elench. Tribær. c. XVI.* [ſ] *Morinus Exercit. 1. c. V. p. 72.* [t] *Vide Annot. Ioh. Druſij in Alphabeth. vetus.*

Samarit. אַתָּה *Tu*. Levit.c.V.4. Heb.לְבַטֵּא *ad pronunciandum*, Sam.לָבֶטַח *ſecuré*:

XXXII.

Directè Judæi Samaritanos Pentateuchi inſimulant corrupti, tum *Talmudici*, tum etiam *Rabbini* recentiores. *Talmudiſtarum* videtur mentem exprimere R. Elieſer his verbis: [u] תַּנְיָא אָמַר ר׳ אֱלִיעֶזֶר בַּר יוֹסֵי בְּדָבָר זֶה זִייַּפְתִּי סִפְרֵי כּוּתִיִּים שֶׁהָיוּ אוֹמְרִים אֵין תְּחִיַּית הַמֵּתִים מִן הַתּוֹרָה אָמַרְתִּי לָהֶם זִייַּפְתֶּם תּוֹרַתְכֶם וְלֹא הֶעֱלִיתֶם בְּיֶדְכֶם כְּלוּם שֶׁאַתֶּם אוֹמְרִים אֵין תְּחִיַּית הַמֵּתִים מִן הַתּוֹרָה הֲרֵי הוּא אוֹמֵר הִכָּרֵת תִּכָּרֵת הַנֶּפֶשׁ הַהִיא עֲוֹנָהּ בָּהּ הִכָּרֵת תִּכָּרֵת בְּעוֹל׳ הַזֶּה עֲוֹנָהּ בָּהּ לְאֵימַת לָאו לְעוֹלָם הַבָּא: Id eſt, *Ait Rabbi Eleiſer fil. R. Joſæ. Hac in re falſatos probavi libros Samaritanorum, quòd dicunt Reſurrectionem mortuorum lege non aſtrui. Dixi ipſis: Falsâſtis legem veſtram; nec eſt nauci, quod profertis, quando negatis, legem Reſurrectioni mortuorum atteſtari. Nam ecce dicit: Exſcindendo exſcindetur anima illa. Iniquitas ejus in ipſa. Quorum altero excidium temporalis vitæ notatur. At iniquitas ejus in ea, ad quod tempus pertinet niſi ad futurum ſeculum?*

XXXIII.

Sed antequam ulteriùs pergamus, vindicandi ſunt Samaritani à putida, quæ ipſis & hoc loco Talmudico, & etiam [x] ab Epiphanio impingitur calumnia, quaſi videlicet *illi* Reſurrectionem à mortuis concederent nullam, cùm non tantùm perſpicuis, & extra omnem pervertendi aleam poſitis verbis, ex chronico illorum, quod librum Ioſuæ illi appellant, ſed ἀσαλδύτοις probari poſſit rationibus, eos, vitam æternam, adeóque eam præcedentem à mortuis Reſurrectionem credere, fidemque illam ſanctè confiteri. Quorſum quæſo exiſtimemus amanuenſes, calci librorum, Pentateuchi præſertim, à ſe manu deſcriptorum hanc adjicere formu-

[u] *In Sanhedrin fol. 90. col. 2.* [x] *Vide ſupra theſi XX.*

mulam [y] מרי סלח חטא *Domine mi remitte peccatum*, cui bono remiſſio, ſi nulla ſequeretur reſurrectio? Sed facilè conjici poteſt, unde rancidæ promanârit calumniæ origo. Iudæorum præpoſterus calculus, Sadducæorum natalitia, in quo [z] tamen commento, ut dictum ſuprà, οὐδὲν ὑγιὲς, ad ipſos refert Samaritanos. Iam cùm & ſacræ literæ, & tota ſana antiquitas Sadducæos [a] nec ſpiritus, nec [b] animarum ἀθανασίαν, nec [c] Reſurrectionem credidiſſe doceant, quid miremur Samaritanis hæreſiarchis, quorum ſoboles, & κακὸν ᾠὸν Sadducæi fabuloſè creduntur, idem tribui?

XXXIV.

Ex *recentioribus* afferemus calidiſſimum [d] illud (ut Scaliger vocat) [e] Aben-Eſræ de Samaritanorum Pentateuchio mendacium והנה נכון בעיני שזאת המגלה חברה מרדכי וזה טעם וישלח ספרים וכולם משנה ספר אחד שהוא המגילה כטעם פתשגן והעתיקוה הפרסיים ונכתבה בדברי הימים של מלכיהם והם היו עוז והיו כותבים תחת השם הנכבד והנורא שם תועבותם כאשר עשו הכותיים שכתבו תחת בראשית ברא אלהים ברא אשימא והנה כבוד השם שלא יזכרנו מרדכי במגילה : Id eſt, *Videtur autem mihi quòd librum hunc compoſuerit Mardochæus: atque hic ſenſus eſt* (verborum illorum, quæ Eſtheræ cap.IX. v.20. occurrunt) *& miſit literas. Omnes enim erant diverſa, ejusdem Authographi, nempe* מגילה *ſive libri Eſtheræ* (qui κατ᾽ ἐξοχὴν מגילה appellatur) *apographa.* מגילה *verò æquipollet nomini* פתשגן (Eſtheræ III. 14.) *quod exemplar notat. Librum etiam hunc Perſæ tranſtulerunt, relatúsque eſt in Chronica Regum ipſorum. Illi autem*

[y] *Sic inveni ſub finem Pentat. Samar. Leidenſis.* [z] *Supra theſi XIV.* [a] *Act. c.XXIII.v.8. ad quem locum conſulantur Clar. D. Bezæ notæ.* [b] *Ioſeph. Antiquit. lib. XVIII. c.2. Ioh. Druſius de Tribus ſectis Iud. lib. III. p. 138. Sixtus Senenſ. Bibl. ſanct. lib. II. p. 124.* [c] *Matth. c.XXII. v.23. Marc. c.XII. v.18. Luc. c.XX. v.27. Druſius de Sectis libr. III. p. 139. Buxt. in Lex. Tal.-Rabbin-Chaldaico R.* קרא *& alibi.* [d] *Lib. de Emendat. temp. VI. p. 663.* [e] *Præf. in librum Eſtheræ.*

autem, quia Idololatræ fuerunt, loco Nominis Benedicti & Terribilis, ſubſtituerunt nomen idolorum ſuorum, quod fecerunt & Chuthæi, qui, pro initio Geneſeos בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים In principio creavit Deus, *poſuêre:* In principio creavit אֲשִׁימָה Aſima, quod tamen Emathitarum, non Cuthæorum Idolum fuit. *Specioſiùs igitur*, inquit Scaliger,[f] *mentiti fuiſſent, ſi dixiſſent in codice Samaritano fuiſſe ſcriptum: In principio creavit Nergel: nam Nergel erat Idolum Cuthæorum, non autem Aſima, ut in XVII. cap. poſterioris Regum extat. Quare in hoc plumbeos ſe planè profitentur, cùm tam prodigioſo mendacio hoſtes ſuos Samaritas traducunt.* Attulit hunc locum Ioh. Morinus,[g] ſed, ſi quid video, ridiculè planè, & ineptè tranſtulit pleraque hujus paragraphi verba, neque ad phraſin Rabbinicam, neque ad conciſas eorum loquendi formulas ſatis attendens, ſic ille. *Certum autem & conveniens nobis viſum eſt, Eſtheris volumen Mardochæum compoſuiſſe eo conſilio, ut mitteret libros omnes, ex uno iſto volumine transſcriptos, juxta formam exemplaris & translationis Perſarum, & deſcriberetur in Chronicis Regũ illorum, &c.* Hæc ſi conferantur cum verſione noſtra, ubi ita hallucinatus ſit, ut verè Hebraizantibus ludibrium debeat, deprehendetur. Sed & præſens à nobis adductum figmentum, quod Judæi affricant Samaritanis, nugaciſſimum eſt, ab ipſa refutatum experientia. Nam initio Geneſeos, conſtans in utroque, & Judæorum, & Samaritanorum Pentateucho eſt conſenſus, ut ne apex quidem appareat variationis. Utriuſque initium hoc eſt: *In principio creavit Deus cælum & terram.*

XXXV.

Hinc fama hujus, de Pentateuchi corruptione, diſcordiæ adeò in Eccleſia non latuit, ut ad Muhamedanos quoque pervenerit. Ahmedus Ibn-Edris, homo natione Maurus, profeſſione Muhammedanus, in virulento ſuo tripartito, contra Chri-

f *Lib. de Emendat. temporum VI. p. 663.* g *Exercit. I. c. 5.*

Chriſtianos & Iudæos, tractatu, cujus uſum Clariſs. viro Domino Iacobo Golio præceptori & hoſpiti honorando debeo, ſic loquitur: [h] טאיפה מן אליהוד יקאל להם אלסאמריה אתפק אליהוד עלי אנהם חרפוא אלתוראה תחריפא שדידא ואלסאמריה ירעון עליהם מתל דלך אלתחריף Id eſt, *Secta eſt Judæorum, quæ Samaritanorum nomine venit, de quibus conſtanter aſſerunt Judæi, quod illi Legem corruperint corruptione magna; Samaritani autem ejusdem corruptionis accuſant Judæos.*

XXXVI.

Tertia ſententia eſt pompoſa, verbisque aſſerta ampullatis, ſed ipſa re moroſa, & monſtroſa, quam Ioh. Morinus Bleſenſis, poſt Samaritanos, quorũ, ſcripta ſua miſerè defœdata, aliquo ſaltem Antiquitatis prætextu defendere, intererat, novo quidem & magno conatu, nullo tamen, vel ſi quo, pudendo ſucceſſu, integro volumine propugnandam ſuſcepit. Sic enim ſentit: *Non tantùm Pentateuchum Samaritanum, Pentateucho Judaico*, ab Eſdra & Prophetis in canonem relato, à Chriſto ſervatore approbato, tôtque ſeculorum decurſu ab Antiquitate Veneranda, honoribus divinis excepto *æqualem, ſed infinitis modis ſuperiorem eſſe.* καὶ αὕτη Μωρῦ φαντασιώδης διὰ ψοφημάτων κενοφωνία.

XXXVII.

Samaritani certê majorum meritis, cujus rei ipſa N. T. hiſtoria documento nobis eſſe poteſt, turgidiores redditi, ſibi ſolis Legem Moſis authenticam conceſſam, quâ vi, quâ dolo tradiderunt. Unde Alaſchkar ſcribit in Reſp. cap. 74. אֻמְנָם הַכּוּתִיִּים. סֵפֶר תּוֹרָה שֶׁלָּהֶם וְכָל סִפְרֵיהֶם כְּתוּבִים בְּאוֹתוֹ כְּתָב עִבְרִי וְעוֹד הַיּוֹם מִתְעַצְּמִים לוֹמַר שֶׁבְּאוֹתוֹ כְּתָב נִתְּנָה תוֹרָה וְשֶׁיֵּשׁ לָהֶם סֵת בִּשְׁכֶם כָּתוּב מִימוֹת פִּנְחָס בֶּן אֶלְעָזָר וּכְאֵלֶּה רַבּוֹת Id eſt, *Liber Legis Cuthæorum, & omnes reliqui illorum libri ſcripti ſunt illâ ſcripturâ Hebræâ (Samaritanâ,) & adhuc hodie pertina-*

---

[h] *Lib. II. quæſt. IX. p. m. 266.*

tinaciter contendunt, & dicunt, in ea ſcriptura datam eſſe Legem; item ſe habere exemplar Libri Legis in Sichem, ſcriptum à diebus Pineas filij Elieſer, & ſimilia multa. Eorum exemplo Morinus, in præfatione, quam de textu Græco & Hebræo, Biblijs Græcis nuper Pariſijs impreſſis, præmiſit ſect. VI. aſſerit, ſe *Pentateuchum ſuum Samaritanum purum putum Moſis Pentateuchum deprehendiſſe*, & ſect. XLII. non erubeſcit, *Samaritanum codicem præ Hebræo eligere.* Unde codices Hebræos *modò* [i] varietatis & perturbationis nominibus inviſos reddit: [l] *modò* per contemptum, ſi quid in Samaritico ſuo non reperiat, à Iudæis deletum clamitat: [m] *modò* depravationem textus Sacri ijsdem malitioſè aſſignat.

XXXVIII.

Nos, etſi concedamus, conſtantérque, non ſolùm ex codicum duorum antiquorum lectione & examine, ſed & particulæ in Linguam Arabicam verſæ, & collateraliter textui Samaritano adjunctæ collatione defendamus, Pentateuchum Samaritanorũ, tam antiquorum, quàm recentiorum, non ijs corruptelis aut varietatibus obnoxium, quibus imperita Iudæorum plebs eum onerat, nihilominus tamen, & caſu, & ἐκ περιαιρέσεως corruptum, adeóque in probandis fidei articulis, verſionibúsque examinandis, oudenticum potius eſſe, quàm authenticum, nonnullis rationibus probatum jam ibimus.

XXXIX.

Argumentorum noſtrorum Claſſes ferè tres ſunt. I. Conſtat μεθοδικῇ *corruptelarum introductione.* II. *Rationibus.* III. *Authoritatibus.*

XL.

Prima Claßis in ſe continet corruptelas varias, quæ propterea παιδείας καὶ σαφηνείας ἕνεκα in pluria à nobis ſubdividuntur membra.

 I.Mo-

[i] *Exercit. IV. c. III. p. 286.* [l] *Ibidem p. 291.* [m] *Ibidem c. VIII. p. 346.*

I. Monet Morinus, [n] thraſonicè ſatis & ſubdolè, *ſemper ſibi placuiſſe in Authorum lectione, id quod è Judæorum ſapientibus nonnemo dicere ſolitus ſit* רִימֹון מָצָאתִי תוכו אָכַלְתִּי קְלִיפָּתוֹ זָרַקְתִּי *Malogranatum inveni, interiora comedi, corticem abjeci.* Et alibi: [o] *Hinc tamen accidit dum prelo nonnunquam urgemur, ut multa longè brevius, quàm materiæ amplitudo, aut rei neceſſitas expoſtulare nobis videretur, ediſſerere cogeremur, multa quoque prorſus præteriremus, quæ propoſito conducebant.* Sed mentem & verba longè abeſſe facto; ex malogranato non *corticem*, ſed *granum* eum abjeciſſe, multáq;, imò omnia, quæ *propoſito non conducebant*, omiſiſſe, vel hæc prima ſeries argumentorum, quâ, per varia errorum genera, à Morino omiſſa, à nobis verò in lucem producta, Pentateuchum Samaritanum ab Hebræo, non Hebræum à Samaritano deſcriptum luculentiſſimè demonſtrabimus. Novimus ex Hebræorum ſcriptis, [p] Alpheſio cumprimis, literas Hebræas חה·רד·צג·כב·עא·סם·פט·זב·יו· ratione aliquâ figuræ ſimiles, cæteráſque, ſingulari curâ fuiſſe diſtinctas, ne in legendo confunderetur. Ex harum enim confuſione, tùm à librarijs oſcitantibus, tum interpretibus Chaldæis, Græcis, & Latinis, ipſiſq; etiam commentatoribus Rabbinis, multa olim fuiſſe exorta ἄτοπα, jam magno ſuo malo experitur orbis Chriſtianus. Sed de nimio in exprimendis literis Hebræis, præſertim in Pentateucho (cujus exemplar, dum hæc ſcribebamus, Auguſtâ Vindelicorum, huc allatum, & accurratius, quàm cuiquam credibile ſit, ſcriptum, vidimus,) cæteriſque libris ſacris ſtudio, ut cæteros omittam, copiosè agit tum Abraham de Balmes in Grammatica ſua, tum etiam comm. in Majem. Hal. Tphill. cap. I. ſect. XIX. ubi ordine Alphabethico, ex Antiquitate, literarum & figurám, & rationem deſcribit. Verùm hic Samaritanus noſter codex, unde natus ſit facilè ſe prodit: ipſas enim has literas, quarum,

[n] *Exercit. 1. p. 13.* [o] *In præfatione Exercitationum.* [p] *Sic citante Guil. Schikhardo Lib. de jure Regio Hebr. cap. 11. p. 41.*

rum, ne inter ſe confundantur, confuſæque vel nullum, vel obſcurũ pariant ſenſum, tantam Iudæi gerunt curam, ita frequenter & notoriè commiſcet, ut, licet magna per univerſum contextum ſeſe offerat copia, ſelectum tamen in illis ſimus habituri. Ipſam autem hanc Alpheſij retinebimus ſeriem, & quantum licet, κτ̀ πόδα, ſequemur.

a א & ע, quarum figura ne ἀναλόγως quidem apud Samaritanos ſimilis eſt, altera pro altera ab amanuenſi imperitè arrepta. Geneſ. XXV. v. 28. ubi Hebræus habet אַתָּה עַתָּה *Tu nunc*: Samarit. invertit עַתָּה אַתָּה *Nunc tu.* Ne verò quis exiſtimet, levem eſſe particularum inverſionem, facilè conciliandam, fortuitóque amanuenſi obrepentem; en alia exempla! Exodi VI. v. 1. pro Hebræorum עַתָּה *Nunc*, Samarit. habet אַתָּה *Tu*. Deut. XXI. v. 17. primogenitus vocatur רֵאשִׁית אונו *primitiæ potentiæ ejus* (patrisfamiliâs,) quod Samarit. א mutato in ע, ſcribit עונו, quod, vel *iniquitatem* (abſit verò tam inconcinnas S. Scripturæ tribuere nos loquendi formulas!) vel nihil denotabit.

b ה & ח, Horum elementorum, quò major convenientia eſt, eò crebriora Pentateuchi Sam. ſunt in eorum confuſione παραδείγματα. Geneſ. c. VII. 19. ubi operti dicuntur diluvio omnes montes הַגְּבֹהִים *alti*, Samarit. ponit. הַגְּבֹחִים quod ſi admitteretur, non altos, ſed *calvos* nobis formaret montes. Exodi X. 13. pro Hebr. נִהַג *duxit*, Samaritanus vocem, nec Hebræis, nec Chaldæis, nec Talmudicis uſitatam habet נָחַג. Et rurſus Gen. XXXI. v. 18. & v. 26. pro יִנְהַג & תְּנַהֵג habet יִנְחַג & תְּנַחֵג. Exodi XIV. v. 24. de Deo dicitur וַיָּהָם & *turbavit Aegyptios*. Samarit. cùm ex ipſis loci circumſtantijs animadvertere potuiſſet, inſulſum eſſe quod ſubſtituit, adjicit וַיָּחָם quod *calefieri* ſignificat. Quid autem quæſo calefactio ad præſentem hunc, cui inſiſtimus, textum? Fungus ſit & ſtipes, cui fraus hæc nondum ſubolet. Geneſ. c. X. v. 11. non ſolùm Hebræus, ſed & Chaldæi, Arabici & Græci codices lectionem vocis כָּלַח

chælah,quod urbis nomen eſt,conſtanter agnoſcunt. Samarit. & quidem uterque Leidenſis & Uſſerianus,ad lapidem ſæpius memoratum impingens habet כָּלַה per ה,formâ ח ſimile. Geneſ.XXX.v.38.& 41. Non ſemel tantùm in codice Hebræo occurrit vox רהטים,quæ à רָהַט currere deducta,*canales* denotat: unde R.Salom.definit מְרוּצוֹת הַמַּיִם בִּבְרֵיכוֹת[p]. At Samarit.monſtroſam,nec Hebræis, nec Chaldæis,nec Talmudicis notam voculam, ה mutato in ח, רחטים ſubornat. Geneſ.XXXIX. à verſu 20. ad finem,quater vocabulum הַסֹּהַר *carcerem* ſignificans,reperitur: quod Samaritanus,elementorum ſimilitudine deceptus,in הַסֹּחַר,quod non δεσμωτήριον, ut Græci vertunt,ex vi etymi, quod præſens locus exigit, ſed *negotiationem* potiùs denotat. At dicas , æquè Samaritani, ac Hebræi , hoc loco , codicis probari poſſe lectionem, cùm vox ſit planè peregrina , adeò ut Aben-Eſra in hunc ipſum ſcribat verſum לא נֵדַע אם הוא לְשׁוֹן מִצְרַיִם *Neſcimus utrũ vox ſit Aegyptiaca. Reſp.* Vox iſta ἅπαξ ἢ σπανίως λεγομένων, in S.Scriptura nullàm,quæ in uſu ſit, agnoſcit radicem verbalem. Eam autem in uſu fuiſſe dubium non eſt. Nam hanc jacturam plurima Vet. Teſtamenti vocabula, crebris Iudæorum exiliis fecerunt,ut nuſpiam in Lingua ſancta,niſi quatenus in vicinas linguas,cujusmodi eſt Chaldæa,Syriaca,&Arabica,trànsfuſa,reperiantur. Luce meridiana clarius eſt, multorum derivatorum Hebraicorum [r] radices obſoletas, in Arabiſmo aut Syriaſmo quærendas, id quod eruditi pridem viderunt. Unde etiam huic vocabulo aſſignamus radicem Arabi-

[q] *Comment.in illum locum.* [r] *Sic* שָׁמַיִם *cæli, ab antiquo, quod & num Arabibus uſitatum eſt,* שמה *altum eſſe:* אֶרֶץ *verò terra,ab Arab.* ארץ *depreſſum eſſe.* מִנְחָה *oblatio,ab Arab.* מנח *dedit. Conſulantur orationes Thomæ Erpenii,& Matthiæ Paſoris de lingua Arabica. Sed & nobiſcum habemus copioſum ejuſmodi vocum Indicem,à Clariſſ.D.Golio contextum,quo difficiliorum vocabulorũ ſignificatus ex Arabic. lingua,Hebrææ planè vicina,eruuntur. Quin & Morinus ex Hebr.monumentis operosè hoc demonſtrat Exerc.I.p.11.12.*

Arabicam סהר, quæ Arabibus (ut olim, ſine dubio, Hebræis) eſt *vigilare.* A qua nomen סֹהַר propriè *locum vigilijs deſtinatum*, deinde, & per Synecdochen, quamvis *turrim* ſive vigilandi & excubias agendi, ſive captivorum detinendorum gratiâ extructam ſignificans: Si tamen à סַהַר *rotunditate* dictas velis turres, non repugno. Utram enim eligas radicem, non ח, quod ex ה ὑπογραφῶν amanuenſis depravavit, ſed ה requiritur.

Porrò, non omittendus intricatus licèt, multúmque ab Interpretibus vexatus, valdè tamen propoſito noſtro inſerviens locus, qui eſt Gen. XLI. 45. Imponitur ibi nōmē Ioſepho צָפְנַת פַּעְנֵחַ: vocem illam peregrinam eſſe, & Rabbini, & interpretes ſatis conſtanter aſſerunt. Unde vulgata: *& vocavit eum Aegyptiaca voce Salvatorem mundi.* Hinc Aben-Eſra: אִם זו מִלָּה מִצְרִית לֹא יָדַעְנוּ פֵּירוּשָׁהּ, *Hæc vox ſi Aegyptiaca ſit, ignoramus ejus interpretationem.* Ægyptiaca igitur cùm ſit, non ab alijs, quàm ipſis Ægyptijs, quæ ejus ratio, diſcendum erit. Id autem nos Athanaſius Kircherius in prodromo ſuo Coptico his docet verbis: *Falluntur omnes,* inquit, *qui illud* צפנת פענח *aliud quàm Aegyptiacum eſſe aſſerunt. Quod & Rabbini omnes concedunt. Dicimus itaque vocabulum* צָפְנַת פַּעְנֵחַ *idem eſſe quod Aegyptiacum ſeu Copticum* ΨΟΤΟΝ ΠΑΝΗΚ, *vel* ΨΟΝΤΟΜ ΦΑΝΗΚ, *quorum prius* ΨΟΝΤΟΜ *in Aegyptiaca Lingua, futura* ΠΑΝΗΚ *vel* ΦΑΝΗΧ, *Vatem vel Augurem ſignificat, aut eum, qui futura vel abſcondita aperit. Hoc autem ita eſſe docet Pentateuchus Copticus ſeu Aegyptiacus, qui ab injuria temporum vindicatus, ſummo Reipublicæ literariæ bono, hodie in Bibliotheca vaticana aſſervatur, ubi* ΨΟΝΤΟΜ ΠΑΝΗΧ *pro Hebræo* צפנת פענח *legitur. Sic etiam verterunt LXX.* ψοντομφανήχ. *Nam omnes eos qui futura prædixerunt Aegyptiaca voce hac appellârunt. Maximè verò Moſen ab Aegyptijs cohoneſtatum fuiſſe aſſerit chronicon Alexandrinum his verbis* τὸν Μωϋσῆν, μετὰ τὸ ἐπαγαγεῖν αὐτὸν τὰς πληγάς, οἱ Αἰγύπτιοι ψοντομφαχθῆ προσηγόρευσαν,

ὁ ἑρ-

ὁ ἑρμηνεύεται ᾧ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον. Sunt quidem, [f] qui vocem illam Aegyptiacā largiuntur, interim ex affinitate, quę linguæ Ægyptiacæ cum Hebræa intercedit, exiſtimant, ad rad. צָפַן *abſcondere*, referri poſſe. Sed hoc vix videtur ferre genius linguæ Ægyptiacæ, quæ prorſus & vocibus, & vocum formationibus ab Hebræa δὶς διὰ πασῶν diſtat. Nam, ut ex copioſo ſatis Lexico Copto-Arabico M.S. unâ cum Grammatica, Româ, ni fallor, ad Clariſſimum & Nobiliſſimum Claudium Salmaſium miſſo, colligere eſt, vix [t] duo triáve extant verba purè Ægyptiaca, quæ vel aliqua ratione cum Hebræis conveniant. Quòd verò vocabulum צָפְנַת פַּעְנֵחַ vulgò reddant *vatem*, vel *interpretem rerum obſcurarum*, illud & maximis quibusvis authoribus unanimi ferè conſenſu placet. Græci [u] certè, τῶν ἀποῤῥήτων ἑρμηνευτὴν, [x] vel, ᾧ ἂν ἐκαλύφθη τὸ μέλλον explicant: Sic Onkelos, Ionathan, Paraphraſtæ Chaldæi: Arabes tres Ibn-Sina, Saadias, & Thomæ Erpenij codex Mauritanus: Baal Turim, & reliqui καθ' ὅλου Hebræi, *rerum arcanarum revelatorem* interpretantur. Ut autem ad rem redeamus, & ipſi Morino jugulum petamus, videndum quid & hæc vox noſtrum juvet propoſitum. Id quod ſic demonſtra-

[f] *Sixtinus Amama Cenſurâ ſuâ in vulgat. verſ. ad hunc ipſum locū.* [t] *Cujusm. eſt* IOM, יָם *mare*, *&*, *quod in Pſalmorum analyſi Lexicographus laudatus obſervat*, ουειουλ אַיָּל *cervus. Vbi tamen ſciendum, particulam* ου, *quod & Grammatica Coptica, Lexico præfixa docet, notam eſſe nominis vagi, nulloq; articulo reſtricti. Sic Aegyptij ſuum* μωου *aqua, habent ab Hebræo* מַיִם. *Vnde juxta Philonem, & Clementem Alex. Aegyptiacè dictus Moyſes. Sic enim Clemens Strom. ſerm. 1. p. 129.* εἶτα τίθεται τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασιλὶς Μωϋσῆν ἐτύμως, διὰ τὸ ἐξ ὕδατος ἀνῃρῆσθαι αὐτό. Τὸ γὰρ ὕδωρ μωῦ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. *Ij igitur, inquit, Athanaſius Kircherius, in Prodromo Coptico, qui nomē Moſis ab Hebraica voce* משה *deductum volunt, graviter errant. Nomen namque non à parentibus, nec ab alio aliquo ex Hebræorum gente, ſed ab ipſa Pharaonis filia, quæ, cùm præter vernaculam Aegyptiacam nullam aliam haberet linguam, certum indicium, inventum puerum vocâſſe Moyſen.* [u] *Sic Diodorus vertit in Catena Patrum.* [x] *Ita interpretatur Philo Iudæus.*

ſtramus. Cùm, quod teſtibus omni exceptione majoribus probavimus, certum ſit, veram hujus vocis originem Ægyptiacam φανὴχ in fine requirere ח, (quis enim κ aut χ Græcorum unquam Hebræorum ח ſine Grammaticorum offenſa, reſpondere dixit?) judicent eruditi, nonne & hoc loco plus ſatis deprehendi poſſit incuria amanuenſis illius, qui צָפְנַת פַּעְנֵחַ imperitè planè, ad literarum ח & ה differentiam minùs attentus, ſcripſit צפנתי פענה, quod quid ſit, viderint illi, qui patrocinium codicis tam vitioſi ſuſceperunt. Sic in Catalogo iſto lapidum pretioſorum, qui Exodi XXVIII. habetur, idem ſæpe, in eadem cantilena, committit πλημμέλημα. Nam v.9. pro שֹׁהַם *Sardonyx*, Samar. fingere placuit שחם, & v.18. pro Hebræorũ יַהֲלֹם *adamas*, ſomniculoſo, fortè κατ' ὄναρ יחלום *ſomniabit*, irrepſit. Illuſtre etiam exemplũ eſt Exodi XXXII.8. סָרוּ מַהֵר παρέβησαν τάχυ, ut LXX. habent, quem ſenſum quiq; in ſua lingua Interpretes ſequuntur. Samaritanus verò, quod & conſtructioni, & ſenſui planè repugnat, ſubſtituit, מָחָר id quod *diem craſtinum* cùm denotet, quomodo cum præterito conſtruetur? perinde enim eſt ac ſi diceretur; *cras præterierunt*, ſie ſind morgen fürüberen zogen. Rurſus Num. XXXII. v.15. habet וַיֹּסֶף עוֹד לְהַנִּיחוֹ *& illos relinquere permiſit*. Infinitivus eſt Hiphil, à rad. נח. Sed Samarit. legit לחניחו, quam vocem ſi Morinus expoſuerit, & Judæis Elias, tam diu ad ſolvenda ἄλυτα expectatus, & mihi erit magnus Apollo.

c. ד & ר Gen. XIV.14. refertur de Abrahamo, quòd vernas ſuos armârit. Id quod Metaphoricâ voce textus ſacer exprimit per וַיָּרֶק, propriè *evacuavit, evaginavit*, id eſt, ut Saadias, & Erpenij Pentateuchus exprimunt, *accinxit* & *armavit*. Tria tamẽ exemplaria Samaritica quæ inſpexi, legunt וַיָּדֶק, quod eſt, *& contudit*, quem ſignificatum præſenti hiſtoriæ ſi quis applicare poterit, *Oedipus* erit. Sic Geneſ. XLI. v.3.4. pro Hebræo דַקּוֹת *tenues* in Samarit. eſt רַקּוֹת, quæ duo nomina etſi magnam in ſignificatione habeant cognationem, atque συνωνύμως adhibean-

beantur; nihilominus, cùm Hebræorum codices conſtanter illud רקות retineanr, & quivis facilitatem permutationis ד in ר apud Hebræos, quæ tamen apud Samaritanos commodè fieri nequit, animadvertat, meritò & hunc quoque errorem chirographicum notandum duximus.

d א & ה. Levior eſſet illa permutatio, utpote quæ in ipſo contextu ſacro Hebræo occurrit. Unde non urgemus, quod Exodi XXII. v. 10. pro Hebræo נִשְׁבָּה *captus eſt*, Samarit. נִשְׁבָּא ſcribit: at quia, cum periculo ſenſus, idem obſervatur in alijs exemplis, illud non abs re incuriæ non levi aſcribimus. Ejusmodi eſt Exodi XXXII. v. 31. ubi Moſes pro peccato populi deprecaturus inquit אָנָּא *quæſo* Domine; quod cæteri quoq; Interpretes LXX. Onkelos, Jonath. Saad. Erp. legerunt. At Samarit. ſolus, ſenſum perturbaturus, ſubſtituit הִנֵּה *ecce*. Sic Gen. XV. 1. textus Hebræus habet: Ego ero tibi שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה מְאֹד *merces valdè magna*. Infinitivum enim, qui hoc loco ponitur, in linguis Orientalibus, Hebræa cumprimis & Arabica, naturam nominis induere, certius eſt quàm ut operosê probare neceſſe ſit. Unde & hoc loco Interpretes Græci, Perſa, & Arab. vim & naturam nominis agnoſcunt: Samaritanus verò, ejúsque æmulus interpres Arabs collateralis, ה mutato in א, vitio, ſine dubio, ex pronuntiatione, ut aliâs, orto, tempus futurum hoc modo exprimit שְׂכָר אַרְבֶּה מְאֹד *& mercedem valdè multiplicabo*: quod conſtructio hujus loci non admittit. Num. XII. v. 6. Deus dicit אֶתְוַדָּע *γνωσθήσομαι*, pro prima perſona futuri à Samarit. tertia præteriti kal. הִתְוַדַּע, inconvenienter adhibetur.

e י & ו. Geneſ. XL. v. 10. pro שָׂרִיגִם, quæ vox R. Salomone Interprete, זמורות ארוכות *palmites oblongos* ſignificat, & eodem modo Joëlis cap. I. v. 7. ſcripta reperitur, Samaritanus ו lecto pro י שרוגים ſcripſit. Rurſus Exodi XXII. v. 11. Hebræus habet יְשַׁלֵּם *retribuat*: Samarit. autem, ſenſu quidem eodem, ſed manifeſto literarum permutationis vitio וְשִׁלֵּם *& retribuet*.

Atque

Atque hic error tam frequenter cùm occurreret, exiſtimavi tandē, Samaritanos punctis vocalibus deſtitutos, ו illud *modò* loco kibbūz ut Gen. III. v. 21. (quod quidem & apud Talmudicos nonnunquam obtinere non inficior,) & XXVII. v. 15. & cap. XLI. v. 6. & 33. *modò* pro ו ut Geneſ. X. v. 3. & XXXIV. 32. & Exodi XXXIV. v. 5. *modò* pro י ut Geneſ. XLIX. v. 20. eos aſciſcere. Id autem, utut nonnullis in locis locum habeat, perpetuum tamen, inprimis ab initio dictionis, ubi nullam vocalis vicem ſubire poteſt, poſitum, cujusmodi eſt illud Exodi XXII. v. 11. non eſſe, audacter aſſevero. Sic & nec in fine, ubi pronominis vicem ſubit hoc κρησφύγετον valet. Unde quod Levit. VI. v. 3. pro Hebr. מדו *veſtimentum ſuum* Samariticus, cui ſimilitudo ו & י impoſuit, מדי *veſtis mea* ſubſtituit, non caret ſolæco.

f ר & ך finale. Geneſ. XV. v. 10. Contextus Hebræus habet וַיְבַתֵּר אוֹתָם בְּתוֹךְ LXX. διεῖλεν ἀυτὰ μέσα, vel, ut M.S. Bibliothecæ noſtræ codex legit, διεῖλεν ἀυτὰ μέσον: quæ lectio recepta fuit ab Onkelo & Jonathane, paraphraſtis Chaldæis, Erpenij & Saadiæ codicibus Arabicis: Tavaſij Perſico: Samaritanus tamen, incuriâ ὀφθαλμοφανερᾷ pro ך arripuit ר, hoc modo ſcribens, וַיְבַתֵּר אוֹתָם בְּתוֹר id eſt, ut fragmentum Arabicum, ex Samaritano translatum, explicat יבצעהם תבציעא *diviſit vel diſſecuit ea in particulas.*

g ח & ע. Geneſ. XLIX. v. 7. ubi ira Simeonis & Levi *fratrum* graviter è Jacobo exagitata, quod Hebr. codex per vocem עֶבְרָתָם *furor eorum*, expreſſit, & à LXX. Vulg. Ibn-Sina, Onkelo, Hieroſol. Pſeuduziel. Erpen. & Saadia, diverſis quidem verbis, ſed eodem ſenſu retinetur, id à Samaritano חברתם ſcribitur: Quæ vox *ſocietatem* ſignans, verſu 6. de ijsdem fratribus uſurpata, nonniſi per ταυτολογίαν hoc loco repeti poſſet. Rurſus, multùm variato ſenſu, pro עֵבֶר Exodi XXXIX. 19. eundem errans errorem, habet חָבֵר. Levit. XXI. 15. Inter alios, qui

z *Comment. in hunc locum.*

qui ob corporis vitia inepti ad obeundum Sacerdotiũ reddebantur,fuit κολοβόῤῥις quod חָרֻם Hebræis eſt,ex quo Samaritanus עָרֻם efformavit, quod vel *aſtutum*, vel *nudum*, quorum neutrum huic loco convenit,ſignificat.

b ג & כ.Exodi XXXIX.v.11.נֹפֶךְ chryſopraſus,pro quo Samarit.habet נֹפֶג Levit.XI.v.18.& Deut.XIV.v 14.pro דוּכִיפַת quod *upupam* nonnulli, alij *gallum ſylveſtrem* explicant, Samarit.דוּגִפַת perperam ſcribit.

i א & ח.Levit.V.v.4.Hebræus, cum omnibus,ad eundem ſenſum,interpretibus legit לְבַטֵּא *ad exprimendum*, at Samarit. לָבֶטַח *ſecurè* quod ne violenter quidem huc torqueri, & huic loco applicari poteſt.

l ב & פ. Numer. XXI.v.18. Puteus quem *foderunt* חֲפָרוּהָ at Samarit.חֲבָרוּהָ *compoſuerunt*, quod de puteis,niſi ἀκυρολόγως valdè,dici nequit.

m ה & ע.Num.XXII.v.30.מֵעוֹדְךָ עַד הַיּוֹם *Ex eo tempore quo fuiſti,ad huncuſque diem*,id eſt,*ſemper:* at Samarit.lapſu admodum frequenti,ע mutato in ה׳ מֵהוֹדְךָ *à gloria tua*,ſine ulla verborum cohærentia,ponit.

XLI.

Ex his,ſeriei hujus,exemplis,propoſito huic accommodatiſſimis,magnóque numero allatis, ſequentia contra Morinum elicimus poriſmata.

Primò,eum,quem nos recipimus,*Hebræorum Pentateuchum,& antiquitate & puritate, multis paraſangis Samaritanum poſt ſe relinquere,eóque eſſe eminentiorem.* Utrumque ex eo elucet,quòd, ſine omni dubio, Samaritani ex Judaico ſuum deſcripſerint. Id autem,ex quo quid primò deſcribitur,neceſſariò & antiquius eſſe debet,& ab erroribus emendatius. Neque enim veriſimile eſt Judæos, ut alia, quæ innumera eſſe poſſent,omittam argumenta,*purum putum hunc Moſis Pentateuchum* deſcribentes, tam fuiſſe myopes,tâmque caligantibus oculis amanuenſes, ut Samaritanorum ח & ה. ע & א. ה & א.

ב & פ.

ב & פ. ר & ך. ע & ח. ה & ע. א & ח. ג & כ nulla planè ſimilitudine affines, non diſtinxerint. *Quod ſi igitur*, ut ipſe [a] Morinus, præfatione in LXX. interpretes de textu Græco & Hebraico fatetur, *nulla lingua huic vitio* (ut propter literarum ſimilitudinem proclive ſit labi, & hallucinari facilè,) *non Latina, non Græca, non Syriaca, ſed omnium minimè ipſa Lingua Hebræa characteribus antiquis, qui Samaritani ſunt, à Moſe deſcripta obnoxia eſt*, quis quæſo credat, adeò furioſos, mente & oculis captos fuiſſe, Eſram, & reliquos Synedrij magni aſſeſſores, [b] quorū temporibus, charactere Samaritico rejecto, Chaldaicum ſive Aſſyriacum receptum, eodémque Biblia conſcripta volunt, ut codicem ſacrum ex charactere Samaritano in Aſſyriacum transferentes, & deſcribentes non diſcernere potuerint inter ࠏ ע & ࠀ א, inter ࠇ ח & ࠄ ה, inter ࠉ י & ࠅ ו, inter ࠓ ר & ࠃ ד, inter ࠀ א & ࠄ ה, inter ࠁ ב & ࠐ פ, inter ࠃ ד & ࠊ ך (quæ inprimis confuſio apud Hebræos facilima, Samaritanos valde monſtroſa, probè attendenda:) inter ࠄ ה & ࠏ ע, inter ࠀ א & ࠇ ח, inter ࠏ ע & ࠇ ח, inter ࠂ ג & ࠊ ך.

XLII.

Secundò ipſos LXX. Interpretes, quorum ille authoritatem, non minus quàm Samaritani Pentateuchi, authenticam jactat, non agnoviſſe Samaritanorum libros, Samariticè ſcriptos pro authenticis, cùm ad eundem cum Samaritanis impingentes lapidem, ſæpiſſimè ב pro ג, & י pro ו, [c] ut Eccleſiaſt. cap. V. v. 6. ו pro ז, ut [d] Pſal. L. v. 11. inter ſe permutârint, quin & ם finale pro ס [e] Thren. II. v. 13. legerint, quod ſanè evitari facilè potuiſſet, ſi ex exemplari Samaritano ſuam transſcripſiſſent verſionem.

[a] *Sect. XL.* [b] *Vide Diſſertat. Clariſſ. Buxtorf. de Literis Hebræorum S. 2.*
[c] *Heb. veritas habet: Cunctis diebus vitæ ſuæ* יאכל *comedet: at LXX. Cunctis diebus in tenebris,* ואבל *& luctu.* [d] *Heb. legit* זִיז *beſtia; at LXX. vertentes* ὡραιότης ἀγροῦ *legerunt* זִיו. [e] *In Heb. eſt: Magna eſt* כַּיָּם *velut mare contritio: at LXX.* ἐμεγαλύνθη כוס ποτήριον συντριβῆς σου.

XLIII.

Corruit igitur ſententia R. Azariæ, & Guilielmi Poſtelli, quanti in hac palæſtra viri! qui verſionem LXX. viralem ex codice, characteribus non Aſſyriacis, ſed Samaritanis ſcripto, translatam tradunt. Verba Poſtelli in Tabulis omnium linguarum recitatu digna ſic habent: *Sunt verò figurâ corruptiſſimi Samaritani characteres, nec niſi ex monetis ſacris, in Hieroſolymitanis ruderibus effodi ſolitis, ſupereſt antiquitas. Fuit hæc in uſu omnibus Judæis, donec ab Eſra publicè eſt expoſitus ſanctus character, adeò ut ſeptuaginta duo Interpretes ex ea Moſis libros Ptolomæo verterint, quod ex nomine Dei* ΠΙ ΠΙ *in Samarit. ſuperſtite, ad tempora Hieronymi patuit.* Et in Introductione duodecim linguarum characteribus differentium: *Adauget meam conjecturam, quòd illud magnum nomen Dei tetragrammatum admodùm convenit in Græcis exemplaribus cum* ΠΙΠΙ [illegible] *duo enim Iodin* יי*, ut depingunt etiam num ineffabile nomen Jovova aut Adonai, idem faciebant apud illos, ſic* [illegible] [illegible] *& nunc eſt illis in uſu ut nomen tetragrammatum ſic ſcribant.* Sedet R. Azaria hac de re differentē audire operæ pretium erit. Sic ille in Meor-Enajim c. 5. בזמן בית שני היו ליהודים שתי תורות בכתב היינו ספר תורה אחד בכתב אשורי ולשון הקדש כספרים הכשרים אשר לנו והוא מה שתקן והגיה עזרא הסופר בראותו כי נשתבשו הנסחאות אם מחטאת והתרשלות אבותינו בימי בית ראשון שנאמר עליהם ותשכח תורת אלהיך אם מחמרת הרפתקי דעדו עליהו בגלות בבל וזה הספר הישר אשר כתב נתן אותו לכהנים ולסנהדרין תופשי התורה להורותנו וספר אחר משונה זעיר שם אשר נתפשט בין ההמון כתוב עברי היינו באותיות עבר הנהר שהונחו להדיוטות ומתורגם ארמי אשר היה אז שפתם ולעזם הן שנמצא אצלם קודם עזרא מחורש בגלות בבל הן שנעשה בימי עזרא Id eſt, *Tempore domus ſecundæ fuerunt Judæis duo legis exemplaria ſcripta:* Alterum *ſcriptum erat charactere Aſſyriaco,* (hodierno Hebraico,) *& linguâ ſanctâ, ut libri recti qui penes nos ſunt. Atq;*

hoc

hoc eſt, quod ordinavit & diligenter correxit Eſras Scriba, cùm videlicet is videret, quòd exemplaria eſſent confuſa, ſive ex peccato & deſidia patrum noſtrorum, templi primi; de quibus dicitur: Et oblitus es Legis Dei tui (Hoſ. IV. v. 6.) ſive propter multa infortunia, (malè enim Morinus in Exercit. Bibl. lib. 1. Exerc. VIII. c. IV. vertit, *propter ſitum & corroſiones*; Nam vox Hebrea הַרְפַּתְקֵי in Aruch redditur per זְמַנִּים רָעִים *Tempora difficilia*, ubi ex Talmude ipſa hæc, iisdem verbis, citatur loquendi formula,) *quæ tranſierunt ſuper ipſos in captivitate Babylonica. Hunc autem librum, quem ſcripſit, tradidit Sacerdotibus, & Synedrij magni aſſeſſoribus legem apprehendentibus, ut eam nos docerent.* Alterum *exemplar variatum, parum hinc, parum illinc diffundebatur in vulgus, ſcriptúmque erat Hebraicè, hoc eſt, Literis transfluvialibus, quæ Idiotis relictæ ſunt, & linguâ Aramæâ, quia ea tunc fuit lingua ipſorum vernacula: ſive ea* (translatio Aramæa) *extiterit inter ipſos jam ante Eſram, cuſa videlicet in captivitate Babylonica, ſive in diebus demum Eſræ ſit facta &c.* Atq; de hoc Pentateucho poſteriori, vulgari, Samariticè ſcripto tandem refert: כִּי הַזְּקֵנִים אֲשֶׁר נִקְרְאוּ אֶל תַּלְמַי חָשְׁבוּ לִצְדָקָה וְלָנַחַת רוּחַ אֵלָיו לְהַעְתִּיק אֶת הַתּוֹרָה מִמֶּנּוּ *Quòd LXX. ſeniores, qui vocati fuerunt ad Ptolomæum, exiſtimârunt bonum, & conſultum ipſis viſum fuit, ut transferrent legem ex illo exemplari.* Sed Azariam malè ſentientem refutare nullius erit negotij. Nuda enim tantùm ejus eſt aſſertio, nullis planè ſuffulta vel antiquitatis, vel rationis fulcris: imò, ſi quis omnes, quibus verba hæc laborant, emuſcare vellet errores, unâ liturâ, paucis, quæ de characteris ſacri Aſſyrij, & profani Samaritani differentia interſperſit, exceptis, id expediret: ni unius Judæi teſtimonium totius antiquitatis authoritati præferre malimus. Quotquot enim hiſtoriam LXX. Interpretum pertexuerunt, pertexuerunt autem eam Hebræi antiquiores, recentiores, Græci, Arabes Chriſtiani æquè ac Muslimini, Latini, prout alibi אן שא אללה copiosè hac de re diſſeremus, ὁμοθυμαδὸν

R. Aza-

R. Azariæ reclamant, docéntq; Biblia Grçca verſa eſſe non ex mendoſis, ſitu & ſqualore obſitis, multò minus ſacrilegis plebis manibus dilaniatis & diſcerptis exemplaribus Chaldaicis, ſed emendatiſſimo codice Hebræo. Ipſe Morinus cùm ſatis hoc animadverteret, non potuit, quin verpuli hujus retunderet ignorantiam. *Sed quod jacto*, inquit, in Exercit. Bib. p. 378. *fundamento ſuperſtruit Azarias, falſiſſimum eſt, LXX. ſcilicet Interpretes translationem ſuam ex vulgatis & popularibus libris, qui plebis incuriâ mutati erant, expreſſiſſe, non autem ex Hebræis, quorum cuſtodia penes Sacerdotes erat, fruſtráque eſt hoc probando, quanquam magno conatu idenitatur.* Argumentum hujus rei colligit ex Philone, qui translationem factam dicit è lingua Chaldaica. Sed reſpondemus ipſius Morini verbis, 1. *quòd Philo linguam Chaldaicam poſuerit pro Hebraica, ut apud Græcos, cæteráſque gentes notiorem: unde eſt, quod in libro de Abrahamo aliiſque in locis nomina Hebraica explicans, ea frequenter modò vocat Chaldaica, ut Enos & Saram; modò Hebraica; Chaldaicũ Hebraico permutans & viciſſim.* 2. *Quòd Philo linguæ Hebraicæ & Chaldaicæ planè fuerit ignarus.* Dato igitur, ex contextu Hebraico puro verſionem Græcam cuſam, quod Morinus vult: dabitur etiam ex R. Azariæ hypotheſi, Aſſyriacis, non Samariticis characteribus illa exemplaria ſcripta fuiſſe. Jam verò Poſtelli authoritas, etſi apud eruditos longè, in multis, ſit maxima, tanta tamen nunquam erit, ut, ubi ipſa pro nobis militat ratio & experientia, quod hoc certè loco obtingit, ab ea dependere debeamus. Etenim quod de duplici Samaritanorum Jod in antiquis Græcis exemplaribus relicto profert, ex Hieronymo depromſiſſe ſe, ipſe teſtatur. At nihil tale in Hieronymo. Verba ejus oper. t. IV. p. 7. hæc ſunt. *Certúmque eſt, Eſram Scribam, legíſque Doctorem, poſt captam Hieroſolymam, & inſtaurationem templi ſub Zorobabel alias literas repeririſſe, quibus nunc utimur: cùm ad illud uſque tempus ijdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint &c. Et nomen Dei*

Tetra-

Tetragrammaton in quibusdã Græcis voluminibus uſq; hodie antiquis expreſſũ literis invenimus. Ad hęc breviter reſpondemus.

I. per *συγχώρησιν*, concedendo LXX. ſeniores Bibliorum translationi deſtinatos non raro, ut Ægyptiorum Regi, in cujus gratiam hanc ſuis humeris imponi paſſi ſunt molem, gratificarentur, vocabula adhibuiſſe Ægyptiaca, quibus voces Hebræas *σημαντικὰς* quidem & *ἐμφατικὰς*, ſed valdè obſcuras exprimerent. Verbi gratiâ: Amoſi c. V. v. 26. וּנְשָׂאתֶם אֵת סִכּוּת מַלְכְּכֶם וְאֵת־כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם לָכֶם Id eſt, *Imò portâſtis tabernaculum Meleci veſtri, & imagines Cijunis, imagines veſtras, ſydus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis.* Græci verò ſic vertunt: Καὶ *ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ῥαιφὰν τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς.* Quæ verba Protomartyr N. T. Stephanus Act. VII. v. 43. nonnihil immutata repetit: *καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ῥεμφὰν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. Vox igitur*, ut propius ad rem accedamus, *ῥαιφὰν, vel ῥεμφὰν, vel ῥομφᾶ, vel ῥεφὰν, vel ῥαφὰν, quid ſibi velit*, inquit Ludovicus de Dieu Comment. in hunc locum, *hactenus nemo ſatis explicavit:* poni pro כִּיּוּן certiſſimum eſt. Id autem conſtat, non Aben-Eſrâ tantùm, ſed & *Daniſtan* (quod nomen eſt Lexici Perſico-Turcici) & *Camus*, copioſiſſimo Lexico Arabico, teſtibus, ex Linguæ Arabicæ & Perſicæ, ac proinde primariò Hebraicæ, conſuetudine ſtellam Saturni, quam ΡΗΦΑΝ ſua Lingua Ægyptij appellant, ſignificare. Quod, ut ne dixiſſe magis quàm probâſſe videamur, ex Lexico Copto-Arabico M.SC. enodabimus, ipſa Planetarum nomina expreſſuri. 1. eſt ΗΛΙΑ (Græcè ἥλιος, plurima enim inde ab Alexandri Magni temporibus Græca cum lingua ſua miſcuerunt Ægyptij) vel ΠΙΡΗ, Arabicè explicatur אלשמס *Sol.* 2. COVΛΗΝΗ (*σελήνη* Græc.) ΠΙΙΟΖ, Arab. אלקמר *Luna.* 3. ΡΕΦΑΝ Arab. רג֗ל, quod virum propriè, ſed Antonomaſticè *Saturnum* notat; Sæpe tamen, addito Epitheto, eum רג֗ל ממנע *virum*

rigidum & auſterum (neq; enim apud Aſtrologos Planetarum inclementior ullus Saturni) vocant. Quibus duabus vocibus συνωνύμως in Camus, ipſum Hebræo-Arabico-Perſicum כִּיּוּן explicatur. 4. ΠΙΖΕϒC Arab. אלמשתרי *Juppiter*. 5. ΜΟΛΟΧ Arab. אלמרִּיךְ *Mars*. 6. ΠΙΕΡΜΗC (Græcè ἑρμῆς) Arab. עטארד *Hermes*, de qua voce Muhammed ben Iſaac in tractatu quodam Philologico M. SC. Arab. עטארד באללעה אלכרדניה הרמס id eſt, *Ottared linguâ Chaldæâ Hermetem ſignificat*. 7. COΥΡΟΤ Arab. אלזהרה *Venus*, à ſplendore ſic dicta.

Jam cecidit (verba ſunt Cl. de Dieu loco citato) *recepta illa apud omnes ferè eruditos ſententia*, ῥεφὰν *apud LXX. Interpretes corruptum eſſe ex Hebræo* כיון, *pro quo* רֵיָן *legerint, inde* ῥεφὰν. *Laudandi jam doctiſſimi prudentiſſimique Interpretes, quòd, cùm in Aegypto, in Aegyptiorum gratiam, à Philadelpho Aegyptiorum Rege vocati, Biblia in Græcam linguam transferrent, ignotum Aegyptijs Hebræorũ* כִיוּן, *in notiſſimum ipſis* ῥεφὰν *transmutârint*. Sed hæc אגב אורחא *in tranſitu*. Quibus omnibus unum hoc intendo, ut probem LXX. ſeniores ſæpe cõmodiſſimè expreſſiſſe voces Emphaticas, linguâ tamen Ægyptiacâ, characteribus Græcis vel Ægyptiacis, quorum magna eſt affinitas, exaratas. Id quod & in nomine Tetragrammato uſu veniſſe credibile eſt. Neque enim ipſe Ptolomæus in lege, vel aureis deſcripta characteribus Hebraicis acquieſcere voluit; ſed in linguam ſibi ſuiſque notam transſcribi & transferri deſideravit. Quòd ſi igitur ſanctiſſimum illud Tetragrammaton, plebi Judaicæ, & quantò magis Ægyptijs gentilibus? ἀνεκφώνητον, nomine generali, ne quicquam in illa translatione deſideraret Rex, ab Interpretibus reddi urſiſſet, voce Coptica Φ✝ φθὰ (quæ generatim idem quod apud Hebræos שם, מקום, אלהים, יהוה, ut in Prodromo Coptico obſervat Kircherius, *Deum*, τὸν ἀυτοφυῆ denotat) absque dubio expreſſiſſent. Auguſtius enim nomen Ægyptij, quo inſigniant Deum,

Deum, non habent. Tale autem quid, antiquitus in exemplaribus τῶν LXX. Græcis apparuiſſe omnino veriſimile eſt. Nam etiamnum eruditi non rarò, nomen Tetragrammaton vertentes per vocem *Dominus*, à latere ipſum Hebræis literis appingunt, ne vox אדוני quæ etiam *Dominum* notat, in textu eſſe concipiatur. Neque obſtat quòd characteres *illos antiquos Hebræos*, quibus cum Ægyptiacis nihil commune eſt, Hieronymus nuncupet, cùm jam ante, non levibus moti rationibus ſuſpectam nobis eſſe Hieronymi de Samaritanorum characterum notitia fidem, monuerimus.

II. Dicimus eſſe fallaciam παρὰ τὸ ἑπόμενον. Conceſſo enim, tempore Hieronymi *in quibusdam Græcis voluminibus*, antiquis characteribus expreſſum nomen Dei, num propterea neceſſariò infertur, in ipſa LXX. Interpretum verſione illud repertum fuiſſe? Minimè verò. Etenim Hieronymi, reliquorûmq; Patrum temporibus, ſatis jam, eruditis, verſio Samaritano-Græca innotuit, quam proinde & ipſi in locis difficilioribus conſuluerunt, in qua non nego nomen quatuor literarum, cùm minus commodè ab ipſis Græcè exprimi poſſet, fuiſſe relictum. Habemus, ex Magni Buxtorfij indulgentia, Thargum Perſicum Jacobi Tavvaſi in Pentateuchum, feliciter in bonum Judæorum Perſarum adornatum, in quo, cùm nullo ſatis commodo vocabulo auguſtiſſimum בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת reddere poſſet, (nam generalius eſt Perſarum כֹּרא, Hebræorum אֱלֹהִים ut plurimùm reſpondens) ubique videas ipſum poſitum יהוה: ſed & paraphraſtis Chaldaicis, & alijs eadem eſt conſuetudo: Ita etiam ἀναμφισβήτητον eſt, Samaritanos Interpretes ipſum Tetragrammaton per ࠉࠄ decurtatum reliquiſſe.

III. Tandem & hoc reſponderi poteſt, credibile eſſe, ipſas has literas quæ Hieronymo Samariticæ videbantur, fuiſſe Hebræas. Quis enim vel à limine ſalutavit ſcripta Hebræorum, cui non perſpicuum ſit, nomen Tetragrammaton triplici

tantùm Iod, non ſine myſterio, crebrò expreſſum? quibus Iodin, ſi, prò more amanuenſium, virgula ſuperponatur, genuinum Iod Samariticum gignent. Adde enim his literis ייי virgulam supernè, habebis Iod tale ſ̄ſſ Samariticum. Quod quàm & facile, & veriſimile fuerit; judicent eruditi. Stat igitur & hoc ſecundum noſtrum Poriſma, verſionem videlicet τῶν LXX. ex Hebræo, nòn Samaritico codice, datam.

XLIV.

Tertiò, deducitur inde argumentum contra eos, qui Samaritanos characteres Moſaicos clamitant. Nam ſi Pentateuchus Judæorum prior ſit, tantúmque à Samaritano diſtet, quantum αὐτόγραφον ab ἀπογράφῳ, quid nî & ſuperiores ſint antiquitate characteres, quibus Pentateuchus ille ſcribitur?

XLV.

Quartò, falſum eſſe, quod in odium Judæorum nugatur Morinus, *Samaritanorum plebem Hebraicæ linguæ idioma ſincerius Judaicâ conſervâſſe.* Id enim ſi veritati conſentaneum ſit, haud equidem ſcio, quid ab eadem ſit deflectere. Quis enim vocem רְחֹטִים, alterámque נָהַג, per univerſum contextum ſacrum uſitatiſſimam, in רְחֹטִים & נָהַג, ne ipſi quidem Eliæ Thisbitæ intelligibilia, Calecutica potiùs, quàm Hebræa verba, mutata non doleat?

XLVI.

Sed quia nimium [f] quantum de puritate Linguæ Hebraicæ apud Samarit. aſſervata jactat Morinus, eámque probatam vult ex translatione Samaritana, [g] *quam exactiſſimam, & verborum tenaciſſimam* aſſerit. Nos, non ex integra aliqua verſione, ſed ἀποσπασματίῳ tantùm Arabico, à Clar. Viro Ludovico de Dieu, νῦν ἐν ἁγίοις, communicato, judicantes, dicimus. Non quidem ejusmodi verſiones planè rejiciendas, aut contemnendas, neque verò, ultrà quàm par eſt, eſſe extollendas.

[f] *Exercit. IV. c. 10. p. 371.* [g] *Ibid.*

ns. Reperi enim in fragmento illo ex Samaritano Pentateuche Arabicè verſo nonnulla, quæ fortè eruditis non uſque adeò probabuntur: neque phraſin tantùm Grammaticam, ſed, quod majus eſt, Theologicam è ſcholis Chriſtianorum viri docti eliminabunt. E.G. Gen. XI. 5. יֵרֶד יְהוָה *Deſcendet Dominus:* verſio Samaritano-Arabica, pro Tetragrammato, quod nomen eſt ſoli Deo הַמְּיוּחָד *proprium*, מלך אללה *Angelus Dei*, quod & eodem planè modo cap. XII. v. 7. occurrit, ſubornat. Et ne quis fortè putet verba hæc מלך אללה *Rex Deus*, caſu Recto, ut prius nomen, *Rex* nempe, Epitheti loco ſit, expreſſa, conſiſtere poſſe: regerimus, *non ſolùm* ipſum chronicum [h] Samaritanorum, pœnam θεομάχοις illis in Linguarum confuſione, Gen. XI. capite deſcripta, Angeli operâ inflictam his verbis aſſerere: *Tres ſunt Angeli præ reliquis celebres, quorum primus* אחצר מא אלטופאן עלי אלדניא להלאך אלמכאלפין אלמפסדין ואכר שתת מלך באבל וגמאעתה והדם מגדלהם וגיר לגאתהם ואכר רפע כמס מלוך מדן עלי כמס אצבאעה *adduxit aquas diluvij in mundum, ut perirent rebelles, & corruptores. Secundus concuſſit regnum Babel, & multitudinem ejus, & deſtruxit turrim ipſorum, & mutavit linguas ipſorum. Tertius ſuſtulit quinque Reges urbium quinque digitis ſuis &c. Sed &* ipſos Interpretes cum amanuenſibus ἀνθρωποπαθῶς dicta, θεοπρεπῶς intelligere neſcientes, loca, in quibus idem illud Tetragrammaton, Deo aſcendenti, aut occurrenti tribuitur, ἀθεολόγως pervertere. E.G. Num. c. XXIII. 7. אוּלַי יִקָּרֵה יְיָ לִקְרָאתִי *Forte Dominus* (Tetragramaton) *obviam mihi veniet*, id eſt, id quod dicendum erit ſuppeditabit. Samarit. pro τετραγραμμάτῳ, ponit אֱלֹהִים, quod מְשׁוּתָּף *æquivocum*, Angelis & hominibus, æquè ac Deo competit. Et v. 8. nequis vocem אֱלֹהִים, quod non raro in ſacris literis uſu venit, συνώνυμον τετραγραμμάτῳ hoc loco exiſtimet, pro וַיִּקָּר אֱלֹהִים אֶל בִּלְעָם, *& occurrit Deus Bileamo*, expreſsè codex Samarit. commentatorem agens impium,

[h] *In libro Ioſuæ Samarit. c. XXVII.*

pium, habet וַיִּמְצָא מַלְאַךְ אֶת בִּלְעָם, *& invenit Angelus Bileamum.* Rurſus v. 9 ait ſanctus Moſes, וַיָּשֶׂת יְיָ *& poſuit Dominus, ὁ ὢν*; pro quo Samarit. aſſuit וַיָּשֶׂם מַלְאַךְ יְיָ *& poſuit Angelus Domini.* Vide quò nos impia Morini Samariticum Pentateuchum Canonizantis ſententia in Theologia ſacra abriperet! Idem redit error v. 28. Sed ad alia minoris momenti exempla. Geneſ. c. XIV. 3. pro עֵמֶק הַשִּׂדִּים *vallem Siddim*, Samarit. legit עֵמֶק הַשָּׁדַיִם *vallem uberum*, unde Arabs Samarit. vertit מרג אלתׄדי id eſt, *vallis uberum.* Sic etiam v. 8. & ejuſdem cap. v. 5. בְּהָם *in Ham*, Samarit. legens בחם, in Arabico tranſtulit, פי אלסואד *in fuſco*, ac ſi à חָמַם illud eſſet. Sic v. 18. עֵמֶק שָׁוֵה neſcio quò, niſi fortè ad Hebræorum שָׁבָה *captivum duxit*, Samarit. Arabs reſpiciens, vertit מרג אלסבי quod *vallem captivitatis*, denotat. Et cap. XVI. v. 12. יִהְיֶה פֶּרֶא אָדָם, quod juxta omnes ferê Interpretes *Homo ferus* in Paraphraſi Samaritano-Arabica אתׄמר אלנאס *hominum fructuoſiſſimus* eſt, quaſi à פרה *fructuoſus fuit*, illud derivaretur. Certè, ſi linguam Hebræam Samaritani Idiotæ ſartam tectámque, quod Morinus vult, aſſervâſſent, judicatu difficile, quî eruditis, quales Interpretes eſſe ſolent, in translatione, errores & nævi, ipſa Theologiæ labefactantes principia, tam imprudenter ex Linguæ ſanctæ, ſtylique Spiritus ſancti ignorantia pullulantes, obrepſerint. Sed hæc de primo eorum genere.

XLVII.

II. Ad *ſecundum genus* referimus errores, ab ipſis Samaritanis malitioſè in Pentateuchum, ut ἐξοχλῶ, & authentiam Legis ſuæ, templique ſui ſanctitatem inde aſtruerent, illatos. Licèt verò, fortè, exemplorum hîc deſideretur כַּמּוּת ſeu *quantitas*; ex אֵיכוּת tamen ſeu *qualitate*, ita hoc, quod volumus, elucidatum iri ſperamus, ut pertinacem eſſe oporteat, qui contrahiſcere auſit. Montem Garizim Samaritani בית המקדש *domum ſanctuarij* appellant, cujus ſtructuram ſibi lege divina

præ-

præceptam contendunt, argumento loci Deut. XXVII. v. 4. quem illi hoc modo legunt: וְהָיָה בְּעָבְרְכֶם אֶת הַיַּרְדֵּן תָּקִימוּ אֶת הָאֲבָנִים הָאֵלֶּה אֲשֶׁר אָנֹכִי מְצַוֶּה אֶתְכֶם הַיּוֹם בְּהַר גְּרִיזִים וְשַׂדְתָּ אוֹתָם בַּסִּיד id eſt, *Et erit cùm tranſieritis Jordanem, conſtituatis lapides illos, quos ego præcipio vobis hodie, in monte* Garizim, *& lines eos calce.* Cùm Hebræus ſic legat: וְהָיָה בְּעָבְרְכֶם אֶת הַיַּרְדֵּן תָּקִימוּ אֶת הָאֲבָנִים הָאֵלֶּה אֲשֶׁר אָנֹכִי מְצַוֶּה אֶתְכֶם הַיּוֹם בְּהַר עֵיבָל וְשַׂדְתָּ אוֹתָם בַּסִּיד id eſt, *Quum tranſieritis Jordanem, erigetis lapides iſtos, quos ego præcipio vobis hodie, in monte* Ebal, *linésq; eos calce.*

XLVIII.

En audaciam! pro eo, quod contextus ſacer, eûmque ſequentes interpretes reliqui omnes, habent בְּהַר עֵיבָל *in monte Ebal*, Samaritani, montis Gerizim (ad quem proinde alludit muliercula illa [i] Ioh. IV. v. 20.) cultores ſuperſtitioſi, ſubſtituunt הַר גְּרִיזִים *montem Garizim*. Et, quod cõmuniter fieri ſolet, ut uno poſito abſurdo, ſequantur plurima: ita id ipſum præſens hæc ſacrilega omnino, & planè impia demonſtrat Samaritanorum fraus. Nam non tantùm hoc loco, omnes pudoris, pietatíſque limites illi tranſilierunt, temeréque contextum ſacrum interpolârunt; ſed & ipſa hæc jam recitata verba, Exod. XX. loco decimi præcepti, quod in exemplari altero, numero denario diſtinctum erat, & ſcribere, & recitare conſueverunt. Verùm ne fortuitò hic videatur illapſus error, conſultum erit, ex ipſis fontibus, Samaritanorum videlicet ſcriptis, eum eruere, atque elicere.

XLIX.

Samaritanorum hiſtoria, [l] inquit Morinus, *à Samaritanis peti non poteſt; nulla enim ipſorum geſta aut chronica in lucem edita ſunt, aut in Bibliothecis aſſervantur Joſephi Scaligeri Bibliothecam ſi excipias, qui chronica iſtius gentis Hebraica in linguam Arabicam translata ſemel atque iterum citavit.* Habet pro-

i Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν, *id eſt, Patres noſtri in hoc monte adorârunt.* l *Exercit. 1. c. 2.*

profectò Morinus, quod ſibi gratuletur, quòd nunquam hactenus oculis ſuis, chronicon illud Bibliothecæ Scaligerianæ, [m] ex præſtantiſſimis quibusvis libris Orientalibus, Hebræis, Græcis, Arabicis, Perſicis, Æthiopicis, Ruſſicis collectæ, uſurpârit. Nunquam enim, ſi illud inſpexiſſet, nî planè mente exceſſerit, authentiam Pentateuchi Samaritani, putida fabula, pudendis anachroniſmis mixta, ad cœlum ita extollere, & Iudaico noſtro, jam per tot ſecula recepto, contraſcribendi pruritu laborans, inſultare ſuſtinuiſſet. Eam autem nos, etſi prolixior ſit, quia tamen rarior, & nunquam hactenus, quod quidem ſciam, edita, ex ipſo Scaligeri Chronico, Samariticis quidem literis, ſed Arabicè ſcripto, ad verbum Latinè ſic reddimus. *Reperitur in libris Hiſtoricis de rebus geſtis Bachtnezaris*, (ſic [n] Muhammedani, & ad eorum imitationem Iudæi, & Samaritani, Arabicè ſcribentes per aphæreſin appellant Nebucadnezarem,) *quòd is fuerit Rex ex Regibus Perſiæ. Cúmq; jam ſubegiſſet multas terras, cepiſſet homines, ſuóque ſubjeciſſet imperio Reges: innotuit tandem hoc negotium reliquis Regibus Syriæ, qui abierunt ad Regem Sanctuarij* (id eſt, Hieroſolymitanum,) *atque inter ſe convenerunt, quòd imperio ſeſe Bachtnezaris, ejúsq; voluntati ſubjecturi eſſent. Cui etiam per annos duodecim continuos paruerunt. Anno verò decimo tertio, cùm illi rebellâſſent, contráque Regem ſurrexiſſent, monuit eos Rex ac dehortatus eſt, ne rebellare pergerent: at illi renuerunt. Profectus ergò* (Rex) *contra eos, anno decimo quarto, quemvis obvium ſibi, interemit: rectà autem tendens Hieroſolymam, eam tamdiu obſedit, quò ad tandem in poteſtatem ſuam redegit, factáque ibi fuit cædes magna. Regi, quem cepit, effodit oculos, eúmque domum* (id eſt, Babyloniam) *miſit. Reliqua verò ædificia & habitacula, quæ extruxit Salomon, filius David, combuſſit: poſtea verò, idem Rex deflectens*

---

[m] *Sic enim ipſa repoſitorij, in quo legatum Scaligeri in Bibliotheca Leidenſi aſſervatur, inſcriptio ferè habet.* [n] *Ita Alexandrum vocant Scandrum: & Alexandriam, Scandriam.*

ctens ad noſtram regionem, id eſt, hanc ipſam terram (Naples, [o] ut in Chronico,& in Judæorum Hiſtorijs habetur, id eſt, Flaviam Neapolim, quæ olim Sichem appellata, quam ſine ſine dubio intelligit) *publicè in ea proclamari juſsit*: Quicunque poſt ſeptem dierum fluxum hic ſubſtiterit, reus erit mortis. *Tunc itaque durè tractavit homines (ſuperſtites,) eósq; à ſedibus patrijs deductos in varia diſperſit loca: Et, eorum loco, populum ex Perſia, quem in hac terra collocavit, adduxit. Illi verò (Iſraelitæ) pervenerunt in omnes oras mundi diſperſi, & diſsipati in Orientem, & Occidentem. Atque ſic impletum fuit verbum Legis ſanctæ:* Et diſperget [p] te Deus in omnes Gentes, ab uno termino terræ ad alterum terræ terminum. *Accidit autem paulò pòſt, ut mitterentur literæ à Perſis illis, quos loco Iſraelitarum in Syria Rex collocavit, in quibus conquerebantur, denegare terram proventum ſuum, & fructum ſuum: Etſi vel maximè ſpecie tenus pulchri apparerent fructus, ijs tamen ineſſe aliquid lethale. Cùm autem literæ iſtæ ad Regem perveniſſent, accerſivit is principes filiorum Iſraelis, atque per contatus illius rei rationem, qui ipſi ſic reſponderunt. Cauſa hujus mali hæc una eſt, quòd, remoti à terra noſtra, cultum Deo debitum deſeruimus. Quapropter Deum, ut hanc immitteret egeſtatem, vel deſolationem, uſque quò, reduces in eam, colamus Dominum noſtrum in Monte Benedicto, & offeramus ſacrificia, expleamúsque quicquid nobis in Libro ſuo, per manum Prophetæ ſui (ſuper quem pax) præcepit, celebrantes invocavimus. Reſpondit Rex: Abite, & ædificate domum Domino veſtro, ſacrificate, & colite Deum veſtrum, prout conſuetudo veſtra fert: ego verò vos juvabo. Dixerunt autem: Confirma hoc nobis chirographo tuo ad reliquos fratres noſtros, per omnes tractus diſperſos mittendo, neque enim convenit nobis, ut revertamus, niſi omnes congregati. Exhibuit itaque ijs Rex chirographum ſuum, quo reditum in Syriam permiſit, qui, ab eo abeuntes, lætati & gaviſi fuêre propter omnia ea, quæ Deus illis conceſsit. Miſit etiam*

[o] *Vide Lexicon Tal. Rabbinicum Buxtorfij R.* נבפל. [p] *Deut. XXXII. v. 26.*

Rex, & Sacerdos literas, in omnia, quæ incoluerunt Judæi loca, *hujuſcemodi:* Scitote, Regem, quem juvet Deus, permiſiſſe nobis aſcendere in Sanctuarium, & ædificare illud, ibiq; cultu grato ſacrificia offerre. Oportet igitur, ut properetis vos, & uxores veſtræ, & liberi veſtri, & quicquid vobis præterea fuerit, ut congregati abeamus, & expediamus cultum Domino noſtro Ter. Opt. Max. quem nobis præſcripſit. *Congregatus itaque fuit omnis populus, dixerúntque filij Jehudæ: Nos omnes congregati abibimus ad Sanctuarium* (Hieroſolymitanum) *& habitabimus ibi, & erimus tanquam verbum unum, & anima una: Filij verò Aharonis, & Filij Joſephi contradicentes dixerunt: Non, ſed aſcendant* (omnes) *potiùs ad Montem Benedictum, ibi ædificaturi Sanctum, & erimus verbum unum & anima una. Controverſia igitur hæc, inter illos mota, non potuit dirimi, uſque dum ad Regem eam deferre congregatio eorum decrevit, ubi res ita habuit. Cōgregati fuêre Filij Iſraelis, ſocij nempe Montis Benedicti Garizim* (ſic autem ipſi Samaritani, ut ſuprà dictum, ſe vocant) *cum libro Prophetæ Moſis, ſuper* [q] *quem pax, atque inde demonſtrârunt de Monte Benedicto, non autem alio* (reditum ex captivitate, reſtaurationémq; prædictam fuiſſe.) *Sed & filij Judæ congregati fuerunt cum demonſtrationibus ex libris, poſt Moſen Prophetam, ſuper quem pax ſit, ſcriptis, qui de Domo ſancta* (Hieroſolymis nempe reſtaurandis) *conſenſerunt. Allati itaq; fuêre libri, & lecti in præſentia Regis, cui, cùm animadverteret, pleroſque tendere ad Montem Benedictum, reſpondit Zorobabel, & dixit: O Rex! Liber, quem ego habeo, probat reditum ad Domū ſanctam,* (ſic enim in ſcriptis Orientalibus, ſacris & prophanis templum Hieroſolymitanum appellatur) *& jubet ſacrificia ibi offerre quod me movet, quò minùs aſcendam ſacrificatum in Monte Benedicto. Reſpondit Sanballat Levita, dicens Regi: Liber, quem habet Zerubabel, falſatus & corruptus eſt. Permitte*

igitur

[q] *Hanc Euphemian Arabes Chriſtiani, Iudæi & Muhammedani, Prophetarum mentioni poſt ponunt.*

igitur mihi, ut eum conjiciam in ignem, & ipſe Zerubabel quoque librum meum, ſi poterit, auferat, & igni committat. Permiſit Rex Sanballatho, ut abjiceret libros Zerubabelis in ignem, id quod etiam præſtitit, & protinus omnes combuſti erant. Tunc conceſſit Rex Zerubabeli, ut & is igni immitteret librum Sanballathi, quem acceptum cùm aperuiſſet, non poterat projicere, dicens: Liber meus, mihi ſingularis (propterea neque authenticus eſt:) *at liber ſanctuarij,* (quem ſcilicet ille habet,) *& ipſi, & mihi convenit. Reſpondit autem Rex Zerubabeli: Video legem tuam eſſe vanam cùm non volueris librum ejus* (Sanballathi) *conjicere in ignem, cúmque is timeret, ne occideretur, arripuit legem* (Sanballathi,) *eámque in ignem jecit; at ſtatim illa ſalva rurſus fuit egreſſa. Poſtea Rex copiam ipſi fecit, ut eandem ſecundò abjiceret. Sed vix dum conjectus liber ille, ſecundò emerſit, neq; quicquam à flammis accepit detrimenti. Quare ſupplicans Zerubabel Regi, rogavit eum, ut tertiò librum Legis Sanballathi projicere liceret, quod & indulſit: cùm autem illum arripuiſſet, & caput aliquod,* (paginam,) *illius libri conſpuiſſet, eúmque denuò in ignem conjeciſſet, conſumtus quidem fuit locus ſputo fœdatus, liber autem ipſe in ſinum Regis integer, & incolumis illico ſe eruit. Tunc ergò ſuccenſuit Rex Filijs Jehuda, & occidit ex ijs quotquot aderant, videlicet XXXVI. animas. Sanballathus verò à Rege magni fuit æſtimatus, ipſe, & ſequaces ejus, deditque ipſi Rex dona ſplendida, κειμήλια varia, torques, armillas, & induit ipſum indumento ſerico. Tandem vocavit* (Rex) *duces* (proceres) *eorum, eósque juſſit reverti in montem Garizim &c.* Reliqua, quia tantùm de reſtitutione templi poſt reditum, converſione Iſraelitarum ad Deum, numero etiam captivorum redeuntium, & benignitate Dei, Iſraelitico populo, collata agunt, tum quia non Samaritanis, ſed Judæis ex captivitate Babylonica reducibus, obtigerunt, tum quia ad inſtitutum noſtrum non faciunt, prætermittimus.

L.

Quis hîc tragœdiam illam, in Pentateuchi Judaici ignominiam, nulla vel temporis, vel rerum ſerie obſervata, excogitatam non explodat? Sed mos hic eſt omnium hæreticorum, ut ληρῳδίαις, & μύθοις γραώδεσιν obtinere velint, quod rationibus ſanis non poſſunt. Id quod Catalogus hæreſium ab Epiphanio, Auguſtino, aliisq; contextus ſatis docet.

LI.

Nam cui tam ſunt nares obœſæ, qui non fabulam iſtam gerris ſiculis vaniorem, ſubodoretur omnium contradictionum lernam eſſe, atque ſentinam? Non movebo, imperitè admodùm, quod accuratiſſimè tamen in S. Scriptura diſtinguitur, captivitatem X. tribuum primam, alteram illam tribus Iudę longè præcedentem, in hoc Chronico ad idem momentum referri, quaſi Iſraelitarum, & Judæorum regna eâdem clade patriæ ſolum vertiſſent, ejusdémq; exilij conſortes extitiſſent. Nihil etiam dicam, quòd ad Nebucadnezaris, quem Regem Perſiæ appellat, tempora & imperium utramque captivitatem reſtringit, ipſique Nebucadnezari nominatim, contra Canonem Scripturę, tribuit, quòd Samaritanis in Perſiam, aliáque loca diſperſis, colonos Perſas ſubſtituerit. Taceo, quæ de fame, novis colonis, & terræ ſterilitate, cùm Scriptura Leonum immiſſorum meminerit, protervâ comminiſcitur audaciâ: cúmque Sacra Scriptura, unius tantùm ſacerdotis ad eos miſſi mentionem faciat, Samaritanus noſter, Regem, ut totum remitteret, in Patriam, captivum populum, impulſum fuiſſe ſomniat. Ejusmodi hæc ſunt, quæ vel hiſtorico, cæteroquin ἀξιοπίστῳ, fidem derogare poſſunt in reliquis.

LII.

Illud tantùm, ut argumento noſtro ſuum conſtet pondus, ex hac ipſa fabula, quâ ineptior vix ulla in Talmudiſtarum delirijs reperitur, urgendũ, ἐπαυτοφώρῳ falſarios Samaritanos

tanos deprehendi,& in apricum,quod absque hac fabella in obſcuro delituiſſet,proferri; *ſtudio videlicet & odio in Judæorum cultum,locúmque ſacrificiis à Deo deſtinatum, à Samaritanis codicem Pentateuchi corruptum*,id quod locus ſuprà citatus ex Deut.XXVII.4. clariſſimè docet,modò cum enarrato jam commento probê conferatur. Nam,quòd Sanballath Pentateuchi ſui authoritate inſtructus, in montem *Garizim*, ex præſcripto & præſtituto legis redeundum clamat,id,ſine dubio,ex ipſo illo depravato Deuter.contextu elicere voluit.

LIII.

At dicas Sanballathum,levem illum hominem, quem Chronologus,vel,ut veriùs dicam, Mythologus noſter Levitam vocat,reſpexiſſe ad locum Deut.XI.29. & XXVII.12. qui & iteratur Joſuæ VIII.33. ubi dicitur, Deum benedixiſſe populo Iſrael in monte Garizim. Verùm, ut reſpondeamus, quid hoc ad rem? Denotatur quidem locus *in quo* Deus *benedixit*,non autem *cui benedixerit*, ſive,quod domicilium Majeſtatis ſuæ,in quo coli voluit,elegerit:id quod longè poſt factum fuiſſe legimus. Quin imò,ſi cultus publicus,in alterutro horũ montium continuò fuiſſet exercendus,certè monti Ebal potiùs, in quo Deut.XXVII.4. & ſeqq.altare Deus ſibi extrui expreſsè imperavit, quàm monti Garizim,honos iſte ceſſiſſet. Unde & Samaritani & ſcripturæ, & hiſtoriarum ignari, παρερμηνείᾳ inſulsâ, mandatum illud de certo & perpetuo,à Deo deſtinato cultus divini loco,agere exiſtimantes, pro עֵיבָל,ut diximus,גְרִזִים,ſubſtituerunt.

LIV.

Sed,ut tandem tædiosâ fabulâ relictâ, veram, huicque contrariam, magnorum virorum authoritate ſuffultam, de hac lite,inter utriusque Pentateuchi authoritatem exorta, ad defenſionem Pentateuchi Eccleſiæ Judaicæ, afferamus ſententiam,audiemus ipſum Flavium Joſephum,teſtem πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων,hunc in modum hac de re diſſerentem.

[r] Τοὺς δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰουδαίους καὶ Σαμαρεῖς, οἳ τὸ ἐν Γαριζὶν προσεκύνουν ἱερὸν, κατὰ τοὺς Ἀλεξάνδρου χρόνους, συνέβη στασιάσαι πρὸς ἀλλήλους, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν ἐπ᾽ αὐτοῦ Πτολεμαίου διεκρίνοντο. τῶν μὲν Ἰουδαίων λεγόντων κατὰ τοὺς Μωϋσέως νόμους, οἰκοδομεῖσθαι τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις, τῶν δὲ Σαμαρέων τὸ ἐν Γαριζίν· προσεκαλέσαντο σὺν τοῖς φίλοις καθίσαντα τὸν βασιλέα, τοὺς περὶ τούτων ἀκοῦσαι λόγους, καὶ τοὺς ἡττηθέντας θανάτῳ ζημιῶσαι· τὸν μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν Σαμαρέων λόγον, Σαββαῖος ἐποίησατο καὶ Θεοδόσιος, τοὺς δὲ ὑπὲρ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν καὶ Ἰουδαίων, Ἀνδρόνικος ὁ Μεσαλάμου. ὤμοσαν δὲ τὸν Θεὸν καὶ τὸν βασιλέα, ἦ μὴν ποιήσασθαι τὰς ἀποδείξεις κατὰ τὸν νόμον, παρεκάλεσάν τε τὸν Πτολεμαῖον, ὅπως ὃν ἂν λάβῃ παραβαίνοντα τοὺς ὅρκους ἀποκτείνῃ. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς πολλοὺς τῶν φίλων εἰς συμβουλίαν παραλαβὼν, ἐκάθισεν ἀκουσόμενος τῶν λεγόντων. οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ τυγχάνοντες Ἰουδαῖοι, σφόδρα ἠγωνίων περὶ τῶν ἀνδρῶν οἷς ἀγανακτεῖν περὶ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱεροῦ συνέβαινε. χαλεπῶς γὰρ ἔφερον εἰ τοῦτό τινες καταλύσουσιν, οὕτως ἀρχαῖον καὶ διασημότατον τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ὑπάρχον. τοῦ δὲ Σαββαίου καὶ Θεοδοσίου συγχωρησάντων τῷ Ἀνδρονίκῳ πρώτῳ ποιήσασθαι τοὺς λόγους, ἤρξατο τῶν ἀποδείξεων ἐκ τοῦ νόμου καὶ τῶν διαδοχῶν τῶν Ἀρχιερέων, ὡς ἕκαστος παρὰ πατρὸς, τὴν τιμὴν ἐκδεξάμενος, ἦρξε τοῦ ναοῦ, καὶ ὅτι πάντες οἱ τῆς Ἀσίας βασιλεῖς τὸ ἱερὸν ἐτίμησαν ἀναθήμασι καὶ λαμπροτάταις δωρεαῖς. Τοῦ δὲ ἐν Γαριζὶν, ὡς οὐδὲ ὄντος οὐδεὶς λόγον οὐδ᾽ ἐπιστροφὴν ἐποιήσατο. Ταῦτα λέγων Ἀνδρόνικος, καὶ πολλὰ τούτοις ὅμοια, πείθει τὸν βασιλέα κρῖναι μὲν κατὰ τοὺς Μωϋσέως νόμους οἰκοδομηθῆναι τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερὸν, ἀποκτεῖναι δὲ Σαββαῖον καὶ Θεοδόσιον· Id eſt, *Apud Alexandriam verò inter Judæos & Samaritas, qui ſub Alexandro M. Garizitani templi religionem induxerunt, ſeditio eſt exorta de ſacris ipſorum, ita ut res ad Regis cognitionem perveniret. Dum Judæi contendunt ſecundùm Moſis præſcripta Hieroſolymitanum templum eſſe legitimum, Samaritæ verò Garizitanum: provocatúmque eſt ad Regem & amicorum ejus*

---

[r] *Antiquit. lib. XIII. c. VI.*

ejus conſeſſum, ut ab his cauſa audiretur, & utrius partis cauſidici ſuccumberent, morte mulctarentur. Patrocinabatur Samaritis Sabbæus cum Theodoſio, Hieroſolymitanis Judæis Andronicus Meſſalami filius. juraverúntque per Deum & Regem, quod ex Lege probationes allaturi eſſent, & rogaverunt Regem, ut necaret eum, qui jusjurandum non ſervâſſe deprehenderetur. Itaque Rex multis amicis in conſilium adhibitis, conſedit cauſam auditurus. Judæi verò qui Alexandriam inhabitabant, valdè erant ſoliciti, pro tuentibus jura Hieroſolymitani templi, ægrè ferentes authoritatem antiquiſsimi & nobiliſsimi, in omni orbe, templi, vocari in diſcrimen. Sed cùm Sabbæus & Theodoſius ceſsiſſent Andronico, ut prior diceret, orſus ex Lege approbare ejus ſanctitatem & religionem, oſtendénsque per continuas Pontificum ſucceſsiones, ſacerdotij uſque in ſua tempora propagationem, & ab omnibus Regibus Aſiæ majeſtatem ejus loci honoratam donarijs: Garizitani verò, ac ſi omnino nullum eſſet, nunquam ab his habitam rationem: His & talibus rationibus perſuaſit Regi, ut decerneret Hieroſolymitanum eſſe ex ſententia Moſis conditum. Sabbæum verò, & Theodoſium addiceret ſupplicio.

LV.

Habemus ipſum, hujus venenati rivuli, fontem, חֹמֶץ בֶּן יַיִן, *acetum peſsimum vini optimi*; hiſtoriæ, à Ioſepho fideliſſimè relictæ, faciem planè inverſam, atque à Samaritanis corruptiſſimam. Id quod, ut ne ſuas in Iudæos ſepelijſſe viderentur ſimultates, Samaritanis minimè inſolens eſt. Ut enim, quod Ioſephus teſtatur, [r] Σαμαρεῖς τοιοῦτοι τὴν φύσιν, ὡς ἤδη που καὶ πρότερον δεδηλώκαμεν, ἐν μὲν ταῖς συμφοραῖς ὄντας τοὺς Ἰουδαίους ἀρνοῦνται συγγενεῖς ἔχειν, ὁμολογοῦντες τότε τὴν ἀλήθειαν· ὅταν ἢ τι περὶ αὐτοὺς λαμπρὸν ἴδωσιν ἐκ τύχης, ἐξαίφνης ἐπιπηδῶσιν αὐτῶν τῇ κοινωνίᾳ· προσήκειν αὐτοῖς λέγοντες καὶ ἐκ τῶν Ἰωσήπου γενεαλογοῦντες αὐτοὺς ἐκγόνων, Ἐφραίμου καὶ Μανασσοῦ: Id eſt, *Tali (quod & ante annotavimus) ingenio Samaritani, ut adverſis re-*

bus

[r] *Antiquit. lib. XI. c. ult.*

bus (qui tum verum fateri ſolent) junctos ſibi ſanguine negent Judæos: ſimul verò proſperi quid eveniſſe ijs vident, ſtatim ex fortunæ prolixitate in eorum quaſi proſiliunt communionem. Quos ut cognatos ſibi probent ex poſteris Joſephi, Ephraimo putà ac Manaſſe, Gentem deducunt ſuam. Ita quæcunq; antiquitas in honorem Legis Moſaicæ, aut Reipublicæ Iudaicæ commemorat, ea ſacrilegè ſibi ſtatim vendicant Samaritani. Cujus rei ſpecimen habemus luculentum, non in ſuperiori tantùm exemplo, ſed & in alio, illi planè ἀδελφῷ, quod confirmationis ergò hic addimus. Alexandrum M. univerſum obeuntem & debellantem orbem, ipſam quoque Urbem Sanctam expugnare conſtituiſſe, teſtantur hiſtoriæ. Hic verò ejus impetus, fræno quaſi divino, fuit repreſſus; [s] ut primùm enim vultum Iddonis, filij Ioſuæ, ſacerdotis (quem [t] Simeonem juſtum quidam volunt,) obvij fulgentem fuiſſet intuitus, reverentiâ tam conſpicui & miraculosè ferè apparentis ſenis ductus, â propoſito, indignantibus conſiliarijs, declinavit. Sed hunc tantum honorem Samaritani, Iudæis planè invidentes, ſurripiunt, ſuisque, ſine ratione, ſacerdotibus tribuunt. Prout hiſtoria Samaritana, integro capite, ridiculè recenſet.

LVI.

Satis itaque, ut ſpero, hæc impudentiſſimorum errorum monſtra evincunt, vanam eſſe jactantiam illam, quâ Morinus quærit: [u] *Cui credibile fiet, Gentes, quæ nullo unquam vel leviſſimo commercio conjunctæ fuerunt, ſed propter perpetuum diſſidium, de nomine tantùm ſibi invicem cognitæ, in corruptelam, quæ neutris* vel obeſt, vel prodeſt, *conſpirâſſe?*

LVII.

III. Sed pergimus ad *tertium genus*, quo illi pertexuntur

---

[s] *Videatur liber Iuchaſin p. 14. f. a. & p. 159. f. a. Zemach David parte 1. p. 26. a. b. Kabbala R. Levi p. 26. b. Ioſephus Antiquit. lib. XI. c. ult.* [t] *Conſule authores jam citatos, quibus adde Schalſchel. Kabb. R. Gedaliæ pag. 22. c. b. R. Ioſephchiun Comment. in Pirke Aboth p. 3. a.* [u] *Exercit. IV. p. 390.*

errores in Pentateuchum Samaritanorum illati, ex quibus ſenſus emergit incongruus, & à ſtylo Spiritus Sancti alienus.

Gen. XI. v. 6. ait Deus. *En populus unus, & labium unum eſt omnibus ijs, & hoc eſt incipere ipſorum, ut faciant, & nunc* לא יבצר מהם כל אשר מה יזמו לעשות *Non prohibebitur, ab ijs quicquid cogitaverunt facere*: ac ſi dicat: Eò temeritatis proceſſerunt, ut ſperent, nemine cohibente, omnem rerum ſuarum ſucceſſum. Hoc autem ne fiat, age deſcendamus &c. Quam mentem LXX. vulgatus, Perſa, Arabes & Chaldæi Interpretes conſtanter retinent: at Samaritanus, perſonâ mutatâ, planè deflectit, dum pro מה יזמו לעשות *quod cogitârunt facere*, ſubſtituit מה יזמנו לעשות *quod cogitavimus facere*, ut ſit perſonæ primæ plur. verbi יזם *cogitavit*. Hanc tamen lectionem, lapſu manus irrepſiſſe, ſi quis crediderit, ſine detrimento noſtræ theſeos concedere poſſemus: præſertim, cùm Interpres Arabico-Samaritanus perſonam tertiam retinens vertat: *Non difficile illis erit, quicquid cogitabunt facere*. Verùm, quid Interpretem excuſare laborabimus, cùm ἀρχέτυπον, ſive ipſe Pentateuchus Samaritanus, excuſationem reſpuat omnem, dum non uni tantùm amanuenſi, ſed utriſque, tantis temporum ſpacijs diſſitis, error iſte placuit? Nam & Leidenſe, & Ampliſſ. Uſſerij exemplar, conſenſu ſuo, id, non imperitiæ Scribarum, ſed ignorantiæ aſcribendum eſſe, docent.

Luculentius dabimus exemplum. Geneſ. XXVII. v. 9. ait Rebecca ad Iacobum. *Vade quæſo ad gregem, & cape mihi illinc duos hædos optimos,* ואעשה אותם *ut faciam ex ijs eſcam patri tuo*. Samaritanus verò, pro prima Futuri, ponit ſecundam Imperat. עשה *fac*, quaſi, non tantùm hœdos afferre, ſed & præparare, Rebecca Iacobum juſſiſſet, cùm lectioni noſtræ aſtipulentur Interpretes celeberrimi LXX. Onkelos, Ionath. Saadias, Erp. Vulg. prout & verſu 14. immediatè ſequitur ותעש אמו, *fecit mater ejus, ex allatis hœdis cupedias*.

Gen. XXXI. 51. dixit Laban ad Iacobum. *En ſtatua quam*

jeci. Hebr. יָרִיתִי. Samaritanus verbum, longè alio, & diverſo ſenſu, ſubornat יָרֵאתִי *Timui*, quod, ut interpretum authoritatem non urgeam, nulla ratione convenire poteſt ſenſui.

Geneſ. XXVII. v. 4. ubi Spiritus Sanctus inteſtinum illud fratrum in Joſephum depingit odium, his inter alia utitur verbis: וְלֹא יָכְלוּ לְדַבְּרוֹ לְשָׁלוֹם, i.e. ſecundùm omnium, quos quidem inſpexi, Interpp. ſenſum: *Non poterant loqui* (Hebraiſmus uſitatus, i.e. non locuti erant) *fratres Joſephi cum Joſepho pacificè*: at Samarit. aliud quid intendens, atque de Joſepho iſta intelligens, ait: לֹא יָכְלוּ דְבָרָיו לְשָׁלוֹם *Nihil potuerunt verba ejus ad pacem*, ac ſi Joſephus fratres à ſe abalienatos ad pacem, verbis, utut blandis, movere non potuiſſet: Vel, quaſi ipſius Joſephi verba *ἐρεστικὰ* tantùm eſſent, & ſerendis litibus accommodata.

Exodi XVI. 14. A multis adjunctis Manna, cibus cœlitus demiſſus, deſcribitur. Præter cætera dicitur fuiſſe tenuis כַּכְּפוֹר, quod vel *Coriandrum*, ut LXX. vel *pruinam*, ut Ibnſina, Onkelos, Ionath. vulg. Erp. & R. S. Iarchi in commentarijs explicant, notat: at Samarit. ſi audiri debeat, nobis כּוֹפֶר, quod genus *aromatis*, nonnullis Camphura, alijs Cyprus arbor eſt, ſufficiet: quod, quî deſcriptioni Mannæ conveniat, viderit Morinus, Pentateuchi Samarit. hyperaſpiſtes.

LVIII.

IV. Præclara ſunt Simeonis de Muis Profeſſoris Hebraicæ Linguæ Pariſijs Regij, (qui & ipſe quoque Morini impudentiam *θεατρίζόμενος*, veritati Hebrææ defendendæ omnes impendit vires,) verba: *Hæc*, inquit, *argumento eſſe videntur factitium & fictitium eſſe Exemplar tuum Samariticum, ad componendas nempe difficultates arte atque induſtria, antiquitus jam inde, accommodatum.* Id quod ex *ſequenti* inprimis *quarto errorum* genere, *Pleonaſmis*, à ſciolo potiùs quodam, quàm *Θεοφορουμένῳ* Propheta, aſſutis, liqueſcit.

LIX. Neque

LIX.

Neq; verò inſtituti noſtri eſt, quod vel ſexcentis exemplis probari poſſet, de pleonaſmis vocularum tantùm quarundam, vel ab initio, vel in fine, ſalvo remanente Spiritus Sancti ſenſu, additorum agere, eóſque in aciem producere: quæ ſors præ alijs particulæ אֵת, frequentiſſimæ in codice Hebręo omiſſæ, in Samaritano verò adjectæ, obtigit. Sic Gen. XI. 8. pro הָעִיר Samarit. אֵת הָעִיר & cap. XXIX. v. 31. & 32. pro שְׁמוֹ Samar. אֵת שְׁמוֹ Exodi II. 16. pro Heb. צאן Samar. אֵת צאן. Rurſus, Exodi VII. 19. pro מַטְּךָ & יָדְךָ Samarit. אֵת מַטְּךָ & אֵת יָדְךָ, & alibi ſæpius, Exodi X. 12. XVI. 29. XIX. 4. XXV. 29. XXXI. v. ult. XXXII. 2, &c. Idem quoque in *copula* ו, & ה demonſtrativo obſervatur; quorùm utrunque, poſterius præſertim eleganti aſyndeto, ab Hebræo prætermiſſum à Samaritano ſuppletur. His, inquam, aciem noſtram non inſtruemus, & *leviculis* iſtis *obſervationibus*, *in quibus* corradendis multùm ſudavit Morinus, cauſam noſtram *ſuſpectam* reddemus. Exempla in promtu ſunt longè alia, multóque majoris momenti, quibus Samaritani Pentateuchi ſcribæ, noſtram juvare imbecillitatem, atque Sacræ Scripturæ imperfectionem reſarcire anxiè videntur, ex quibus adductis, æquus lector, quid de reliquis judicandum ſit, nullo negotio animadvertet.

Geneſ. IV. 8. Locus habetur, de quo & in [y] Exercit. ſuis, & [z] in præfat. ad biblia Græca nimiopere gloriatur Morinia וַיֹּאמֶר קַיִן אֶל הֶבֶל אָחִיו, Et *dixit Cain ad Abelem fratrem ſuum*. Quid verò dixerit non exprimitur. Unde in Biblijs ſpatium, ad Ellipticam, quam Vatablus in notis ſuis explendam omnino vult, indicandam orationem, relinquitur. Quomodo verò lacuna iſta ſuppleri debeat curioſè magis, quàm ſolidè inquirere, hariolarive eruditi videntur. Samari-

 tanus,

[y] *Exercit. III. p. 219.* [z] *Sect. VII.*

tanus, &, quod non negamus, ipſi quoque LXX. cum vulg. & Ionath. pſeuduziel. Ibn-Sina (qui ſuam, ut in fronte libri fatetur, ex LXX. Interpretibus cudit verſionem Arabicam) habent נלכה השדה *διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, egrediamur foras*, vel *in agrum* ſed ut hanc *ἄπερ καὶ ἔξω γραφῆς* laciniam attextam diſſuamus, dicimus: olim illam 1. *in exemplaribus τῶν ἑβδομήκοντα* (quid verô illis ſucceſſu temporis ſcribarum ſomnolentiâ non acceſſit?) *margini aſcriptam*, jampridem 2. *in ipſum contextum irrepſiſſe:* Unde, ut plurima alia, Samaritani, eôsque ſequentes Interpretes alij, Chaldæi recentiores, Talmudicísque poſteriores, & Latini eandem deſumſerunt.

LX.

Nam *ipſam verſionem* LXX-*viralem Interpretibus multis fraudi fuiſſe*, & communem errandi errorem anſam præbuiſſe, nemo ſanus inficiabitur. Paraphraſtæ certè Chaldæi Poſt-Talmudici, ut plurima vocabula, [a] purè Græca, ob linguæ illius frequentiſſimum tum inter illos uſum, ſuis etiam commiſcuerunt ſcriptis Chaldaicis: ita quis eosdem, & cum ijs [b] Samaritanos, ipſa quoque LXX. Interpretum, jam tum multis modis corruptorum verba retinuiſſe neget? E. G. Pſal. II. v. 13. pro נַשְּׁקוּ בַר *oſculamini filium.* LXX. vertunt *δράξασθε παιδείας.* vulg. *apprehendite diſciplinam.* Chald. Meturg. קַבִּילוּ אוּלְפָנָא *accipite diſciplinam* vel *doctrinam.* Sic Arabs uterque Roman. & Nubienſis אלזמוא אלארב *adhærete diſciplinæ.* Vides, quam ex una LXX. Interpretum verſione, hoc

---

[a] גְלוּסְקָמָא *γλωσσόκομον.* בַּלְסָמוֹן *βάλσαμον.* אוּכְלוּס *ὄχλος.* אִיטִימוּס *ἕτοιμος.* דּוֹרוֹן *δῶρον.* הֶדְיוֹט *ἰδιώτης.* חַקְרָא *ἄκρα* &c. *quæ ex Turri Davidis, ſivè convenientia vocabulorum Rabbinicorũ cum Græcis Davidis Cohen de Lara: Lexico Buxtorfij utriusque P. & F. Chaldaico, haberi poſſunt.* [b] *Atque in horum etiam Chronico reperitur* נאוס *pro ναός. Sic vocem* זוֹנָה *de Rachab Hierichuntina uſurpatam, ex LXX. Interpretibus cum Apoſtolo Chaldaicè vertunt* פנדקיה, *quod πανδοκεύτρια Græcis eſt.*

hoc certè loco minus accurata, & Chaldaica, & Arabica & Latina erroneam conſtanter mutuârint translationem!

LXI.

Sed neque novum videri debet, *quòd verba, primò margini adjecta, paulatim cum ipſo contextu coaluiſſe ſtatuamus.* Nolo provocare ad Antiquitatis indagatorum, atque Criticorum tribunal, qui in libris M.M.S.S. id uſu venire optimè nôrunt. Alio potiùs, planéque parallelo illuſtrabimus rem exemplo. Pſal. XXIX. v. 1. ait Hagiopſaltes: הָבוּ לַיהוָה בְּנֵי אֵלִים quæ verba Hebræa cùm ambigua ſint, ab alijs aliter vertuntur. Græcè dupliciter commodè vertas, *vel* 1. ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ ὑιοὶ Θεȣ̃, *Afferte Domino filij Dei:* quam ſequitur verſionem Chaldæus בִּיתֵי מַלְאֲכַיָּא *choros Angelorum* interpretans. Nam vocabulum אֵל, quod *fortem* ſignificat, ἀντονομαστικῶς Deo tribuitur Dan. XI. v. 36. אֵל אֵלִים *Dominus Dominorum*: *vel* 2. ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ ὑιȣ̀ς κριῶν, *Afferte Domino filios arietum.* Vox enim אַיִל in plur. אֵילִים *arietes in* Scriptura ſacra notat. Utram jam ex duabus iſtis eligas verſionem, rectè feceris. Utraque enim ἀναλογίᾳ Scripturæ explicari poterit. Hinc, cùm Græcis nonnullis optio eſſet difficilis, atque ipſa LXX. Interpretum exemplaria variâſſent, priorem alijs, alijs reſervantibus poſteriorem lectionem, tandem utraq; lectio textui fuit inſerta, quæ & nunc in exemplaribus noſtris hoc modo legitur: ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ ὑιοὶ Θεȣ̃. ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ ὑιȣ̀ς κριῶν, *Afferte Domino filij* DEI, *afferte Domino filios arietum.*

LXII.

Quæ autem fuit ratio verſionum, eadem & gloſſematum, ſenſus elucidandi gratiâ margini aſcriptorum, quæ ipſa quoque vel tanquam Canonica, vel ab Interprete profecta, recepta fuerunt. Teſtis eſt homo inter Pontificios gravis Melchior Canus, quem Johannes [c] Rainoldus hoc condecorat

[c] *In ſumma colloquij cum Ioh. Harto de Capite & Fide Eccleſiæ p. 289.*

corat Elogio, *quòd melioris mentis, ſaniorisq́; judicij fuerit, quàm ſunt pleriq́; Doctores Pontificij*, cujus verba hæc ſunt: [d] *Nam, quòd prima particula objiciebatur, facilè diluitur: cùm contingere potuerit, ut Interpres reliquerit quidem in textu verba, ſed in margine (quod fieri ſolet) addita fuerit Interpretatio, quam librarius textui deinceps inſeruerit. Quod etiam idem in Matthæo uſu fortaſſe venit in verbis illis Eli, Eli, &c. Quod autem, quæ expoſitor quiſpiam in margine appoſuerit, ea ſcriptorum vitio textui nonnunquam inſerantur, Nicolaus Liranus rectè II. Regum VIII. animadvertit. Illa enim verba, de quo fecit Solomon omnia vaſa aurea in templo & mare æneum & columnas & altare, in hunc modum & adjecta, & inſerta eſſe conſtat.* Non quàm rectè omnia hæc ſint dicta, diſquirere libet; modò nobis, vel Cani teſtimonio, conſtet, non inſolens eſſe, mantiſſas, σαφηνείας ἕνεκα margini aſcriptas, contextui adjungere. Similis omnino locus eſt in Paraphraſi illa [e] Joſephi Luſci, ſive [f] cujuscunque alterius (falsò enim [g] Ionathani Paraphraſtæ tribuitur) authoris, in Pſalmum CXXVI. v. 6. cujus membrum poſterius tale eſt: וְרָעֵי חֲוִיז מִן תַּלְמָא *Et depaſcit gramen è ſulco. Atq; hoc*, inquit [h] Buxtorfius, *gloſſema eſt Rabbinicum ad Targum ab aliquo aſſutum ex Talmud, ubi legitur in libro Taanith* fol. 5. col. 1. מַאי הָלֹךְ יֵלֵךְ וּבָכֹה נֹשֵׂא מֶשֶׁךְ הַזָּרַע וְגו׳ אָמַר ר׳ יְהוּדָה שׁוֹר כְּשֶׁהוּא חוֹרֵשׁ הוֹלֵךְ וּבוֹכֶה וּבַחֲזִירָתוֹ אוֹכֵל חֲוִיז מִן הַתֶּלֶם וכו׳ i. e. Quid eſt, Eundo it, & flet, portans tractum ſeminis, Pſal. CXXVI. v. 6.? Dixit R. Jehuda: Des quando arat, it & flet, at in reditu ſuo comedit herbam ex ſulco. *Nempe quòd eundo & arando*

---

[d] *In Loc. commun. Theol. libr. II. c. XI. p. 51. b.* [e] *Heb.* סגי נהור *dicitur, id eſt,* πολυφεγγής; *Latinè autē,* κατ' ἀντίφρασιν *Luſcus, non cæcus, juxta Buxt. Lex. R.* תרגם, *appellatur: vide Scaligeri Trib. p. 299.* [f] *Nam nec de certo conſtat authore, nec eidem à ſcriptoribus omnium librorum Hagiographorum translatio tribuitur. Metaphraſtes autem ille quisquis ſit, jure, in plurimis, à nobis cum Camerone p. 348. ineptiſsimus & impudentiſsimus Sc. depravator vocatur.* [g] *Vide Notas Auguſtini Iuſtiniani Epiſcopi Nebienſis ad Pſal. XVIII. in Pſalt. heptaplo.* [h] *In Lex. Talm. Rabbin. Radice* תלם.

arando ſerit, ſtatim creſcit in herbam, quâ, in reditu ab altera parte agri, veſcitur è ſulco ſuo. Talia plura ex commentis Rabbinicis ad marginem à ſciolis ad Targum adſcripta, poſtea in Targum ipſum fuerunt relata ab incautioribus. Atq; hac quoque incautâ amanuenſium licentiâ, lemma illud: *Exeamus in agrum*, primò in contextum Græcum, deinde aliquot poſt ſeculis in Latinam & Chaldæam translationem, ex Græco, illatum. Si enim tempore Onkeloſi (quem [i] cum Aquila malè quidam confundunt,) cujus Paraphraſin Chaldaicam, circa tempora Chriſti, aut paulò pôſt contextam, in Legem, [l] perſpicuam, Hebraicis vocibus & phraſibus reſpondentem, raròque allegorizantem (quibus nominibus [m] nunquam ſatis comendari poteſt à R. Majemmonide) habemus, hæc verba extitiſſent, cur quæſo illa vel omiſiſſet, vel eraſiſſet?

LXIII.

At, [n] opponit Morinus, *ſi aſſeruero textum Hebræum voces iſtas, tranſeamus in campum, repræſentâſſe, quid opponetur? Aſſertionem meam validiſsmis argumentis tuebor: Ita enim legit textus Hebræus Samaritanorum, non tantùm Chaldaicus: ita Jonathan Uzielis, qui Paraphraſin de Textu Judæorum Hebræo depromſit, & divinitus edidit, ut volunt Thalmudiſtæ, ita Thargum Hieroſolymitanum, quod poſt Thalmud editum eſt, &c.*

LXIV.

---

[i] *Vide Chronicon Gilberti Genebrar. lib. 2. a. 181. & ipſum Morinum Præfat. in Editionem Bib. Græc. S. 3. Guilielmum Schikhar. in Bechinath Happer. p. 24. Zemach David p. 40. b. & 41. a.* [l] *Vide Franciſc. Xym. Cardinal. Præfat. in Edit. complutenſem.* [m] *In More Hannevo. libr. 1. c. XXVII.* אונקלוס הגר כאמל גדא פי אללעה אלעבראניה ואלסריאניה וקד געל וכדה רפע אלתגסים *Id eſt, Onkelos proſelytus perfectus valde in Lingua Hebræa & Syra (Chaldæa) operam dedit, ut amoveret corporeitatem, id eſt, laudabili admodùm induſtria loca Scripturæ, quæ Deo corpus tribuere videbuntur, ſobriè explicuit in ſuo Thargum, commodíſque verbis corporeitatem à Deo removit. Et alibi ſæpius tum Onkeloſi in Linguis Hebræa & Chaldæa, peritiam, tum accuratam ejus commendat paraphraſin.* [n] *In Exercit. Biblicis de Hebræi Græcique contextus ſinceritate lib. 1. Exercit. VIII. c. IV. p. 380.*

LXIV.

Verùm (dabit enim, ut ſpero, Chriſtianus lector, nobis, diutiùs æquo in hujus loci explicatione, quo Morinus frequentiſſimè ad Samaritici Codicis Canonizationem abutitur, commorantibus veniam,) deartuantes pleraque hujus Paragraphi membra, paucis propoſitionibus, plurimos committi errores, vel, ut ipſemet loquitur [o] *multa paucis verbis peccata* committi animadvertemus. Etenim quod quærit, quid ſibi aſſerenti, verba, de quibus nobis ſermo, in Codicibus Hebræis extitiſſe, opponi poſſit, temerarium eſt. Oſtendat nobis vel unum exemplar, ex omnibus ijs (*nam* nullos [q] *noſtri codices* [p] *antiquos contulerunt, vix fortè unum aut alterum Manuſcriptum viderunt, quem* (*ὦ ἄθυρον στόμα!*) *hæreſiarchæ Lutherus, Farellus, Calvinus, Beza, Melanchthon, Buzerus & ſimiles, qui primi Hebræas Scripturas in Latinarum contemptum ab omni corruptela vindicatas voluerunt, legere nunquam potuiſſent; aut ſi tandem legere didiciſſent, ſine Interprete nunquam intellexiſſent*) quæ ex Bibliotheca [r] Regia habuit antiquitate veneranda, in

quo

---

[o] *Ibidem.* [p] *Verba Morini in iisdem Exercitat. p. 7.* [q] *Falſiſſimum id eſſe vel ſolius F. Iunij (de quo, teſte Conſt. L'Emper. in Paraphraſi Ioſephi Iachia. p. 53. Magnum Scaligerum, ab Apoſtolorum temporibus hactenus parem Theologum nullum vidiſſe ſeculum dixiſſe ferunt:) & Tremelij docet exemplum. Cùm enim ad reformandum Palatinatum, certis de cauſis, Bibliorum verſionem multi deſiderarent, non tantùm hi duo magni heroës opus ſunt intrepidè aggreſſi, ſed & omnibus ab Electore ſubſidijs inſtructi. Inprimis,* verba ſunt Cl. Altingij *in H.E.P.M.SC. ex ſacrario Bibliothecæ depromſit ampliſſimum, & ſtupendæ antiquitatis Hebræorum Bibliorum exemplar, quod, cùm aliquando conſpiciendum præberetur VVormatienſibus Iudæis, illi veneratione ejus ducti prociderunt in genua, & illud oſculati ſunt.* [r] *Exercitat. in Pent. Sam. IV. p. 360. Conſului decem Biblia manuſcripta antiqua, quorum ſex in Bibliotheca domus Oratorij Pariſienſis, ex dono reverendi Patris de Sanſy conſervantur. Iſtorum unum literis majoribus, & ut ita dicam, uncialibus, tribus voluminibus pulcherrimè exaratum fuit anno 967. hoc eſt Chriſti 1208. Aliud exemplar mediocribus literis, ſed magno cum apparatu Perpiniaci anno mundi*

quo illa reperiantur? Id verò ne ad Calendas quidem Græcas præſtabit. Si igitur vel ſolus omnium exemplarium antiquiſſimorum, quæ πάνσοφος illa Μωρία nobis adimit, conſenſus à noſtris ſtaret partibus, in vocibus iſtis in contextu ſacro omiſſis, ſufficeret. *Sed aſſertionem* Morinus *ſuam validiſſimis tuebitur argumentis.* Unda arma hæc, quæ minatur, petita? *Ex Samaritano Codice.* Sed κίβδηλα illa eſſe βέλη jam dictum; plumbei autem ejusmodi mucrones nunquam nos ferient. *At Paraphraſtes hoc quoque habet Chaldæus.* Quis ille? Non Onkelos. *Jonathan verba hæc tranſtulit.* Ubi? Non certè in Prophetis, quorum tantùm verſionem Antiquitas vera ipſi tribuit. *In Lege:* At Paraphraſis illa, quæ Ionathanis nomine circumfertur, circumcellionis eſt, terræque filij recèns nati, qui [f] Thalmudicis fabulis, quas frequenter attexuit, ex qua caverna prorupiſſet, ἀφειδῶς prodidit. *Sed hæc docent Thalmudici*, quibus in hac re fidem derogare nefas eſt. Vellem locum notâſſes; Solent enim hujuscemodi vaga individua ſuſpecta eſſe, fidémque reddere ſubleſtam. Ex veſtris quidem, quos fortè [t] Thalmudicorum nomine intelligis, Doctoribus

 mul-

5059. hoc eſt, Chriſti 1300. ſcriptum. Exemplaria Regia tria ſunt, quorum unum duobus magnis voluminibus XXIV. Scripturæ libros complectitur. Ferunt Venetos hoc exemplar ob manuſcripti antiquitatem Henrico III. Chriſtianiſſimo Regi, literarum & literatorum amantiſſimo dono obtuliſſe, cùm Poloniâ in Galliam rediens Venetijs hoſpitaretur, &c.

[f] *Conſule Ioh. Druſij quæſita per Epiſtol. Ep. 78. ad Richardum Tomſonum. Buxtorf. de Abbreviat. Hebr. pag. 107. & in recenſione operis Thalmudici, p. 232.*

[t] *Vt enim non pudet Pontificios, præſertim Albertum Pighium Eccleſ. hierar. l. 1. c. 2. nos appellare Scripturarios (quo nomine per contumeliam certa Iudæorum ſecta, omnes παραδόσεις reſpuens in hiſtoria Iudaica denotatur: Heb.* קראים, *quòd ſoli Scripturæ, quæ* מִקְרָא *dicitur, fidem adhiberent:) Ita meliori jure Cabbaliſtas, vel Thalmudicos, patronos illos traditionum ἀγράφων nuncupare licebit. Neque ijs injuriam faciemus: quia Martin. Pereſius de divinis, Apoſtol. & Eccleſiaſt. traditionibus par. 2. aſſertio. 1. Traditiones ſuas ex Iudæorum Kabbala graviter confirmat.*

multos video,quibus hoc commentum placet,quiſque illius Paraphraſeos in legem, Ionathanē,[u] maximæ omnino inter ſuos authoritatis Rabbinum, [x] authorem ſtatuunt, ſed crebrò,ſuppoſitia ejuſmodi ſcripta ad conciliandam authoritatem aliquam inter eruditos,nobis obtrudi,ipſemet Tu,doctè,in Petro Galatino Monacho Franciſcano,[y] obſervâſti. Antiquis autem Talmudiſtis hac tua aſſertione injuriam fieri,ſequentia ex Tractatu[z] Megilla verba docent: תרגום של תורה
אונקלוס הגר אמרו תרגום של נביאים יונתן בן עוזיאל אמרו
ונזדעזעה ארץ ישראל ארבע מאות פרסה יצתה בת קול ואמרה מי
הוא זה שגילה סתרי לבני אדם עמד יונתן בן עוזיאל על רגליו ואמר
אני הוא שגיליתי סתריך לבני אדם גלוי וידוע לפניך שלא לכבודי
עשיתי ולא לכבוד אבא אלא לכבודך עשיתי שלא ירבו מחלוקות
בישראל ועוד ביקש לגלות תרגום של כתובים יצתה בת קול ואמרה
לו דייך מאי טעמא משום דאית ביה קץ משיח Id eſt, *Targum legis Onkelos*[a] *proſelytus pronuntiavit: Targum Prophetarum Jonathan Uzielides dixit, & commota fuit terra ad quadringenta usque milliaria. Tunc egreſſa eſt filia*[b] *vocis (id eſt, vox cæleſtis,) & dixit; Quis eſt ille, qui revelavit ſecreta mea filijs hominum? Continuò Jonathan Uzielis filius in pedes ſuos ſurgens, effatus eſt: Ego ſum ille, qui revelavi*[c] *ſecreta tua hominibus. Manifeſtum*

---

[u] *De Ionathanis dignitate & præſtantia multa tradunt Talmudici. Vide Cod. Megilla fol. 3. col. 1.* [x] *Petrus Galatinus Libr. de Arcan. Cathol. verit. 1. c. 3. Sixtus Senenſis Bibl. Sanctæ lib. IV. p. 305. Antonius de Guevara parte 2. Epiſt. p. 446.* [y] *Cùm enim in libro de Arcan. Cathol. veritat. pleraque de Chriſto & S.S. Trinitate corraſerit ex libello quodam* גלי רזיא Revelator arcanorum, *ſpurium eſſe librum illum demonſtravit Morinus Exercit. Bib. p. 17.* [z] *Cap. 1. f. 3.* [a] *Vocatur* προσήλυτος, *quòd, cùm eſſet crederetur nepos Titi Veſpaſiani, ejurato gentiliſmo, Iudæorū ſecutus dogmata. Vide Iuchaſin fol. 52. b.* [b] *Genus eſt oraculi, de quo Druſius in Præteritis Lib. 1. & Daniel Heins. Exercit. Sacr. in C. 11. v. 2. Actuum Apoſt. Ioh. Buxt. Lex. Tal. Rabb. R.* בנר. [c] *Quid per ſecreta intelligat, explicat Iacobus, Epiſcopus Chriſtopolitanus, apud Senenſem in Bib. S. p. 315. quòd, dum illuſtraret ſententiam illam: Dominus meus es Tu, ego hodie genui Te &c. Ita ſcripſerit; Duo hi, Pater & filius, tres ſunt in*

ſtum notúmque eſt coram Te, quòd non honoris mei ſtudio id fecerim, neque propter honorem patrum, ſed propter tuum honorem feci illud, ne diſſenſiones augerentur in Iſraele. Porrò cùm vellet quoque manifeſtare Targum Hagiographorum, rurſus egreſſa eſt filia vocis, dicens ipſi: Sufficit tibi. Quamobrem? Propterea quia revelatur in eis finis Meſſiæ (videlicet in Daniele.)

LXV.

Quid verò, ut ad propoſitum redeamus, tam operoſa opus eſt, ad hujus loci explicationem & complementum, aliunde petita inquiſitione? Satis ſit, nos cum Hieronymo, gloſſa ordinaria, Hieronymo Cartuſiano, Nicolao Lyrano, *non eſſe de textu, eſſe ſupplementum illud ſuperfluum*, adeòque authoribus ſuis relinquendum aſſerere. Cur enim nodum in ſcirpo quæramus, cùm verba iſta, ſine Rabbinorum acumine, Samaritanorúmque additamento, facilè percipi queant trifariam? 1. Conſtat voces דבר & אָמַר, quibus in N. Teſtamento reſpondent λαλέω & λέγω, & apud Græcos, & apud Hebræos non raró inter ſe confundi. Unde pro eo, quod toties repetitur in Lege Moſaica וַיְדַבֵּר אֵלַי לֵאמֹר, *& locutus eſt ad me, dicens*, Gen. c. XXXI. 25. eſt אָמַר אֵלַי לֵאמֹר *dixit ad me, dicens.* Et 2. Sam. V. 1. וַיֹּאמְרוּ לֵאמֹר. *Et dixerunt dicentes:* Imò ipſe codex Samarit. Levit. c. XX. v. 2. pro eo quòd Hebr. habet תֹּאמַר, *dices*, tanquam Synon. ponit תְּדַבֵּר *loquéris.* Sic 1. Cor. XIV. 21. λαλήσω τῷ λαῷ, *loquar populo huic.* Ut ita ſimpliciter ſenſus ſit, וַיְדַבֵּר אֶל אָחִיו (quo & hæc Phraſis Exodi XXXIII. 9. uſurpatur) *Et locutus eſt Cain cum fratre, ſive varios ſermones cum eo contulit.* 2. Vel, poſſumus cum Lyrano ſtatuere, hoc loco exprimi quidem τὸ ὅν, *quòd* dixerit, non autem τὸ ποῖον, *quid* dixerit: cujuſmodi exempla in ſacris Literis occurrunt alia. Sic 2. Sam. V. v. 8. *Et dixit David in die iſto,* &c. *omnis qui percuſſerit Jebuſæum,*

una, tertia perſona, nimirum Spiritus S, & hi tres unum ſunt, una, inquam, ſubſtantia, una eſſentia, & unus Deus. Hæc an ita habeant, cum S. Senenſi, aliis inquirendum relinquo.

ſæum, ubi ipſa hæc vox ויאמר adhibetur: nec tamen quid dixerit exprimitur. Quo loco Interpres Vulgatus, (non quòd ita αὐτολεξεὶ in contextu Hebræo invenerit, ſed quòd majoris perſpicuitatis gratiâ ea ſic vertere placuerit,) tranſtulit: *Propoſuerat David in die illa præmium ei, qui percuſſiſſet Jebuſæum.* 3. Tandem, neque inepta loci iſtius translatio eſſet hujusmodi: *Et cogitavit Cain de fratre ſuo mala*: quo *cogitandi* ſignificatu vocabulum אָמַר Exodi II. 14. adhibetur: unde eleganter R. Majem. Tract. de Sabb. cap. 24. ſermonem προφορικὸν nuncupat דבר הדבור *ſermonem eloquij*: eſt enim etiam דבר qui convenit להרהור *cogitationi*, uti ibidem innuitur. Ejusmodi verò cogitationem in Sacris literis vocari אֲמִירַת לֵב *verbum, vel ſermonem cordis*, obſervat R. David Kimchi in radicibus. Sunt igitur verba illa Pentateuchi Samaritani παρείσακτα, adeóque ad aſſerendam ejus Canonizationem, ἀπροσδιόνυσα.

LXVI.

Sed & alia, ejusdem furfuris, ſunt exempla, ex quibus, graviſſimorum virorum conſenſu, fraus Samaritanorum perſpicitur. De Urim & Thummim, (cujus mentio fit cumprimis Exodi XXVIII. 30.) ejus Etymologiâ, variâ interpretatione, materiâ, formâ &c. cùm alij abundè tractârint, nolumus ruminare, aut ex aliorum laboribus ea compilare. Id tantùm afferemus, quantum ſtabiliendæ theſi noſtræ ſufficiet. d *Cauſa efficiens*, inquit Theologorum hujus ſeculi facile princeps, *Urim & Thummim, ſive materialiter, ſive formaliter conſiderentur, eſt Deus; Et materialiter quidem, quia, cùm omnia artificis manu confecta legantur, & ſigillatim deſcribantur, nulla fit mentio Urim & Thummim. Ergò inſtrumenta fuerunt potiùs ſine manibus parata. Deinde formaliter, & ſic quidem Deus hoc oraculi genus inſtituit ipſe, adeóque promiſit ſe benevolam inde reſponſionem daturum,* Num. XXVII. v. 21. *Adminiſtrans cauſa fuit Moſes*

d *Henricus Alting. in Theolog. Problematica Loc. II. probl. 5.*

Moſes cui dedit Levit. VIII. v. 8. Quam viri Clariſſimi ſententiam non χθὲς demum aut πρόχθες natam, ſed antiquis, tam Græcorum, quàm Hebræorum teſtimonijs ſuffultam eſſe probare facile eſt. Ex Græcis ſic [c] loquitur Severus. ἐπὶ δὲ γε τῆς δηλώσεως, καὶ τῆς ἀληθείας, οὐκ εἶπε· καὶ ποιήσεις δήλωσιν, καὶ ἀλήθειαν, ἀλλ' οὕτως· ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λόγιον τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἔσται ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ Ἀαρὼν, ὅταν εἰσπορεύηται εἰς τὸ ἅγιον ἔναντι κυρίου. καὶ τοῦτον τουτονὶ τὸν τρόπον χρηματισθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. πάλιν ἀφηγούμενος ὁ Μωυσῆς ὅπως καὶ ἔργῳ παρεδόθη ταῦτα καὶ ὡς ἀρχιτέκτων Βεσελεὴλ ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν σκηνὴν καὶ ἱερατικὴν ἐσθῆτα διετεχνήσατο. Καὶ εἰπὼν ὅπως ἐποίησεν ἕκαστον προσέθηκεν· ὅτι δὴ καὶ τὸ λόγιον ὑφαντὸν ἔργον ποικίλας. περὶ δὲ τῆς δηλώσεως· οὔτε μὴν ὡς ἀρχιτέκτων ἱστόρησε· καὶ ἐτεχνήσατο· καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων ἐν τῷ Λευιτικῷ φησὶ· καὶ προσήγαγε Μωσῆς τὸν Ἀαρὼν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ ἔλουσεν αὐτούς. Καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λόγιον τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. διαπορέσειεν ἄν τις εἰκότως πῶς τὴν μὴ τεθεῖσαν δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν ἐπὶ τὸ λόγιον τέθηκεν. Ἡ δήλωσις καὶ ἡ ἀλήθεια τεχνήματι τὸ παράπαν οὐκ ἦν, οὔτε ἐκ λίθων, οὔτε ἐκ ἄλλου τινὸς εἴδους κατασκεύασμα· εἰ γὰρ τοῦτο ὑπῆρχεν, ἔφησεν ἂν ὁ συγγραφεὺς ὅπως ἀρχιτέκτων αὐτὸ κατεσκεύασεν. Et paulò pòſt. Διὰ πάντων οὖν παρίσταται μηδαμῶς εἶναι τεχνικόν τι κατὰ τὴν ἀλήθειαν. Id eſt, *De Demonſtratione verò & Veritate non dixit: Et facies Demonſtrationem & Veritatem. Sed ita: Impones rationali Manifeſtationem & Veritatem, eritque ſuper pectus Aaronis quando ingreditur in ſanctum coram Domino. Atq; hoc planè modo divina oracula à Deo acceperunt. Rurſus, Moſes recenſens poſtea quomodo hæc omnia effectui data ſint, & quomodo architectus Beſeleel omnia ad tabernaculum & ſacerdotalem habitum pertinentia elaborârit, cùm dixiſſet, quomodo fecerit unum quodque, ſuperaddidit, quòd etiam fecerit rationale opere polymito variegatum. De Demonſtratione verò aut Veritate, ne γρῦ quidem recenſet, neq; etiam quomodo faber*

 ber

[c] *In Catena Patrum M. Sc. jam ſæpe laudata hæc habentur.*

ber ea fabricârit enarrat. Quare, cùm hæc ita eſſent, dixit in Levitico: Et adduxit Moſes Aaronem, & omnes filios ejus, & lavit eosdem. Et paulò pòſt: Et impoſuit ſuper rationale Demonſtrationem & Veritatem: Meritò quis hîc dubitet, quomodo non poſitam (id eſt, non antè commemoratam) *Demonſtrationem & Veritatem poſuerit ſuper rationale? Rurſus: Demonſtratio & Veritas opera* (humana) *non ſunt, neque ex lapidibus, neque ulla alia ſpecie fabricata. Hoc enim ſi eſſet, dixiſſet utique Scriptor, quomodo architectus ea parâſſet. Et idem paulò pòſt. Ex omnibus igitur colligitur reverà artificiale illud non fuiſſe.* Unde tandem author concludit ſibi *μικρὰ βλέποντι ἔννοιαν πνευματικὴν* item *ἀποκάλυψίν τινα τὴν καρδίαν τοῦ Ἀρχιερέως καταφωτίζουσαν.* Eadem etiam recentiores Theologi [f] Junius, [g] Calvinus, [h] Simlerus, Perkinſus in explicatione ſymboli, Baumbachius, tractatu peculiari de Urim & Thummim, & alij ſentiunt. A qua nec doctiſſimi quique Hebræorum diſcedunt, ſententia. Teſtimonium, R. Bechai cap. XXVIII. Exodi, ad verba illa: *Et pones ſuper pectorale judicij Urim & Thummim* pag. 114. col. 1. ita ſonat. הזכירן בהא הידיעה ולא זכרן בשום מקום עד עתה כי לא מנאה עם יתר הכלים במלאכת האומנים שיאמר בהם ועשית את האורים והתומים כמו שאמור ביתר הכלים או שיאמר ויעש האורים והתומים והנה זה עדות שלא היו מעשה חרש כי אם מעשה שמים ומפני זה נזכרו בלשון ידיעה כלשון וישכן מקדם לגן עדן את הכרובים ולא נזכרו הכרובים קודם Id eſt, *Meminit eorum cum* ה *notificativo, neq; eorum ad hunc uſque locum mentio ulla, quia non recenſuit cum reliquis vaſis in opere artificum, ut dixerit de illis: Et facies Urim & Thummim, quemadmodum dicitur de reliquis vaſis.* Aut, *quòd dixerit: & fecit Urim & Thummim. Atque hoc teſtimonium eſt, non fuiſſe opus fabri, ſed opus cœli* (*Dei*) *& propterea adducunt cum demonſtratione: qualis locus eſt*

Gen.

---

f *Ad v. 30. c. XXVIII. Exodi.* g *Comment. in Deut. c. XXXIII. v. 48.* h *Ad eundem locum Exodi.*

Gen.III.24.collocavit ad orientem Paradiſi Cherubim הכרובים, *neque uſquam Cherubinorum meminit.* Et R.David libro Radicum in voce אור ait : יש אומרים כי נגזר מענין זה את האורים ואת התומים ולא נתברר אצלנו מה הם האורים והתומים כי ידמה לפי הפסוקים שהם דבר אחר זולתי אבני החשן Id eſt, *Sunt qui dicunt, ex hoc ſignificatu deſumtum eſſe* אורים *&* תומים Urim & Thummim, *& non ſatis explicatum eſt apud nos, quid ſint, quoniam ex verſibus Biblicis, videtur fuiſſe aliud præter lapides pectoralis.*

LXVII.

Videmus itaque, utut authores in deſcriptione formæ varient, conſentire tamen in eo, *quod opus illud ab homine non profectum ſit.* At Samaritanus non tantùm, (quod utrunque Rabbi Bechai ſuprà negavit,) Exodi XXVIII.30. ſed & cap. XXXIX.22. *fabricam Urim & Thummim Moſi aſtruit.* Locus prior in Hebraico contextu ſic habet: ונתת אל חשן המשפט את־האורים ואת־התומים והיו על לב אהרון בבאו לפני יהוה Id eſt, *Pones autem in pectorali judicij Urim & Thummim, ut ſint ſuper Aharon quando ingredietur coràm Jehova.* Samaritanus longè aliter ועשית את־האורים ואת־התמים ונתת את־חשן המשפט את־האורים ואת־התמים והיו על לב אהרון בבאו לפני יהוה Id eſt, *Et facies Urim & Thummim, & pones in pectorali judicij Urim & Thummim, ut ſint ſuper Aharon quando ingredietur coràm Jehova.* Poſterior verò locus in veritate Hebraica ejusmodi eſt: ויעש את מעיל האפוד id eſt, *Fecit inſuper pallium ipſius Ephod.* In Samaritano verò: ויעשו את האורים ואת התמים כאשר צוה יהוה את משה ויעשו את המעיל האפוד id eſt, *Et fecerunt Urim & Thummim quemadmodum præcepit Jehova Moſi, & fecerunt pallium ipſius Ephod.*

LXVIII.

Non negamus verba Aben-Eſræ in cap.II. Esdræ v.63. האורים שעשה משה נגנזו ולא נעשו אחרי תחתם id eſt, *Urim quæ fecit Moſes occultata fuerunt, neque illorum loco alia facta ...* At dici-

dicimus, authoritate hoc loco non certandum: hæc enim ſi valerent tela, vix tanta Rabbinorum, nobis in hac quæſtione ὁμοψήφων cohors, unius Aben-Eſræ authoritate corrueret. Sed & nulli dubitamus, quin ſi vel maximè Aben-Eſra Urim & Thummim מעשה יד χειροποίητον agnovit, nòn aliunde hoc, quàm ex eorum ſententia, qui per Urim & Thummim duodecim gemmas in pectorali ſeu rationali poſitas intelligunt, promanaverit: quæ [i] Joſephi opinio eſt, & ejus [l] aſſeclarum. Sed quò minùs illa admitti poſſit, obſtant duo. I. Quòd Exodi XXVIII. Urim & Thummim pectorali jam perfecto & abſoluto inſeri debuerint: ſed gemmæ illæ inſerebantur, cùm adhuc ſub artificis manu verſaretur pectorale, ita ut pectoralis fuerint partes conſtituentes. Poſtquam enim Moſes copiosè ſatis de pectoralis fabrica diſſeruiſſet à v.15. cap. XXVIII. ad v.30. tandem ſubjungit. *Pones autem in pectorali* (his nempe lapidibus jam recenſitis inſtructo,) *Urim & Thummim.* II. Voluit Deus ut pectorale fieret כפול *duplicatum*, ut utrique parti, quaſi excavatæ, aliquid inſeri poſſet, quod quid aliud eſt, quàm Urim & Thum̄im, prout, v.30. ejuſdem cap. & cap. VIII. Levit. v.8. exprimitur manifeſtè? Huc etiam facit, quod Exodi XXXIX. v.10. & ſeqq. ubi de pectorali, & lapidibus pretioſis eidem inſertis, agitur, v.22. Samaritanus codex ipſe, pleonaſticè recedens ab Hebraica veritate, tanquam diverſam planè à lapidibus iſtis, aſſuat fabricam Urim & Thummim: ויעשו את־האורים ואת־התמים כאשר צוה יהוה את משה׃ *Et fecerunt Urim, & Thummim ſicut præcepit Dominus Moyſi.*

LXIX.

Manet interim certum, & indubitatum, verba illa de authore

[i] *Antiquit. libr. III. c. 9.* [l] *Baronius ad annum mundi 2544. S. 86. & ſeqq. Conſtant. L'Empereur ad* ὁδοιπορίαν *Kimchij lib. II. c. 7. p. 206. Franciſcus Vatablus Notis ſuis hac de re prolixis ad c. XXVIII. v. 30.* αἰώνυμον *Ioſepho ſuffragantem adducit: nobiſcum tamen ipſe Vatablus, ut ſubjecta* ἀντιθέσεις *docet, ſentit.*

thore Urim & Thummim non eſſe authentica, ſed temerario auſu à Samaritanis attexta. Nam quis exiſtimet, non ſolùm omnes omnium Linguarum Interpp. Onkeloſum, Jonathanem, Chaldæos: LXX. Græcos: Saadiam, Arabicum: Vulgatum Latinum: Tavaſium Perſicum: Erpenij Arabicum Maur. in hoc unum conſpirâſſe, ut, (niſi de fabrica iſta Urim & Thummim in exemplaribus, unde translationes quique formârunt ſuas, ante mille jam annos & deinceps, altiſſimum fuiſſet ſilentium,) ad ſerendas tot inter eruditos lites omitterent? ſed etiam Joſephum, qui σύγχρονος fuit Christo, & ex familia ſacerdotali ortus, Moſen artificem τῶν Urim & Thummim ignorâſſe, aut ſi novit, in hiſtoriam, tanto cum Reipublicæ literariæ bono aſſervatam, invidiosè non retuliſſe? Sed ſatis, ne Soli lucem mutuare videamur, de iſto loco.

LXX.

Inſolens planè, & novum, quod ſubjicimus, Pleonaſmi exemplum occurrit Exodi XXIII. 19. לֹא תְבַשֵּׁל גְּדִי בַּחֲלֵב אִמּוֹ *Non coques hædum in lacte matris ſuæ:* cui ſententiæ in codice Samaritico ſubjungitur paragraphus, cui ſimilis, neque quoad phraſin, neque quoad rem uſpiam in Scriptura ſacra extat. Unde etiam nec LXX. nec Vulgata, nec Onkelos, nec Jonathan, nec Saadias, nec Perſa, nec Erpenij, nec *ulli*, fortè, alij per orbem terrarum agnoverunt Interpretes. Ita autem ille habet כִּי עֹשֵׂה זֹאת כְּזֹבֵחַ שְׁכַח וְעֶבְרָה הִיא לֵאלֹהִים יַעֲקוֹב quorum verborum iſta dari poteſt translatio. *Hoc qui fecerit* (id eſt, hædum in lacte matris ſuæ coxerit,) *ſimilis eſt illi, qui obtulerit Deo oblivionem,* (ſchekach,) *id quod iram Dei Jacob concitat.* Quod cùm adhuc obſcurius ſit, quàm ut ex nuda paraphraſi percipiatur, conjecturam noſtram uſque quò, eruditum hoc nobis communicaverit ſeculum meliorem explicationem, adjiciemus. Levit. XIX. 9. & XXIII. 22. Deut. XXIV. 19. hanc ponit legem Deus: *Cùm meſſueris meſſem tuam, & oblitus fueris manipulum aliquem in agro, non reverteris ad recipiendum*

illum peregrino, pupillo & viduæ erit: ut benedicat tibi Jehova Deus tuus, in omni opere manuum tuarum. Hujusmodi verò manipulum oblivione relictum Rabbini vocant שִׁכְחָה, ut apud [m] Talm. & [n] Majem. legitur. Quemadmodum igitur is, qui manipulum oblivione relictum reciperet, atque loco primitiarum Deo offerret, non ſolùm Dei transgrederetur mandatum, ſed ipſum quaſi ludificando laceſſeret. Ita quoque non minori, juxta Samaritanum codicem, ſeſe obſtringit peccato, qui hædum in lacte matris coquit. Quamvis ἀκυρολογίαν, in voce זבח quæ non tam pro quavis προσφορᾷ (ea enim קרבן dicitur,) quàm pro θυσίᾳ vulgò uſurpatur, lubens agnoſcam, atque ubi meliora ſequuntur, cedere paratus ſim.

LXXI.

Neque omitti debent pleonaſmi, qui quidem, ſi reſpicias ſenſum, non incommodi ſunt, multum tamen detrahunt elegantiæ, quâ Spiritus Sanctus in Lege præſertim, multa Synecdochicè prolata ita intelligi vult, ut poſita ſpecie colligatur inde genus. Eam ſi quando vidit Samarit. tanquam dubiam corrigendam ſibi exiſtimavit. E.G. Exodi XXI. 27. & ſeqq. ad finem hæc leguntur: וְכִי־יִגַּח שׁוֹר אֶת־אִישׁ אוֹ אֶת־אִשָּׁה
וָמֵת סָקוֹל יִסָּקֵל הַשּׁוֹר וְלֹא יֵאָכֵל אֶת־בְּשָׂרוֹ וּבַעַל הַשּׁוֹר נָקִי׃ וְאִם שׁוֹר
נַגָּח הוּא מִתְּמוֹל שִׁלְשֹׁם וְהוּעַד בִּבְעָלָיו וְלֹא יִשְׁמְרֶנּוּ וְהֵמִית אִישׁ אוֹ
אִשָּׁה הַשּׁוֹר יִסָּקֵל וְגַם בְּעָלָיו יוּמָת׃ אִם־כֹּפֶר יוּשַׁת עָלָיו וְנָתַן פִּדְיֹן
נַפְשׁוֹ כְּכֹל אֲשֶׁר־יוּשַׁת עָלָיו׃ אוֹ בֵן יִגָּח אוֹ בַת יִגָּח כַּמִּשְׁפָּט הַזֶּה יֵעָשֶׂה
לּוֹ׃ אִם עֶבֶד יִגַּח הַשּׁוֹר אוֹ אָמָה כֶּסֶף שְׁלֹשִׁים שְׁקָלִים יִתֵּן לַאדֹנָיו
וְהַשּׁוֹר יִסָּקֵל׃ וְכִי יִפְתַּח אִישׁ בּוֹר אוֹ כִּי־יִכְרֶה אִישׁ בֹּר וְלֹא יְכַסֶּנּוּ
וְנָפַל־שָׁמָּה שּׁוֹר אוֹ חֲמוֹר׃ בַּעַל הַבּוֹר יְשַׁלֵּם כֶּסֶף יָשִׁיב לִבְעָלָיו וְהַמֵּת
יִהְיֶה לּוֹ׃ וְכִי יִגֹּף שׁוֹר־אִישׁ אֶת־שׁוֹר רֵעֵהוּ וָמֵת וּמָכְרוּ אֶת־הַשּׁוֹר הַחַי
וְחָצוּ אֶת־כַּסְפּוֹ וְגַם אֶת־הַמֵּת יֶחֱצוּן׃ אוֹ נוֹדַע כִּי שׁוֹר נַגָּח הוּא מִתְּמוֹל
שִׁלְשֹׁם וְלֹא יִשְׁמְרֶנּוּ בְּעָלָיו שַׁלֵּם יְשַׁלֵּם שׁוֹר תַּחַת הַשּׁוֹר וְהַמֵּת יִהְיֶה לּוֹ׃
Id eſt, *Et ſi cornu petierit bos virum vel mulierem, ita ut moriatur, lapidando lapidabitur bos, neque comedetur caro ejus, at Dominus*

[m] *In Peah.* [n] *In Hilchos mattanos anijm c. 1.*

minius bovis erit innocens: Quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & conteſtatio facta fuerit Domino ejus: & non cuſtodierit eum, occiderit autem virum vel mulierem, bos ille lapidabitur, & etiam Dominus ejus morietur. Si pretium redemtionis impoſitum fuerit ei, tunc dabit redemtionem animæ ſuæ, quantum impoſitum fuerit ei. Sive filium cornu petierit, ſive filiam cornu petierit, ſecundùm judicium hoc fiet ei. Si ſervum cornupetierit bos, vel ancillam, argenti triginta ſiclos dabit Domino ejus, & bos ille lapidabitur. Quum autem aperuerit aliquis ciſternam, vel ſi foderit aliquis ciſternam, & non cooperuerit eam, cecideritque illuc bos vel aſinus: Dominus illius ciſternæ reddet argentum, & reſtituet Domino ejus, & quod mortuum eſt, erit illius. Et ſi percuſſerit bos alicujus bovem proximi ſui, mortuúſque fuerit: tunc vendent bovem illum vivum, & partientur inter ſe argentum ejus, & etiam mortuum partientur. Vel, ſi notum fuerit, quòd bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & non cuſtodierit eum Dominus ejus: reddendo reddet bovem pro bove, & mortuus erit illius: Quorum verborum ſenſum fideliter exprimunt Paraphraſtæ Chaldæi, Arabes, LXX. Vulg. eúmq; ſatis accuratè reddũt. At Samar. pro ſpecie שור *bos*, genus בהמה *beſtiam* denotans, hac ſerie ſubſtituit.
וכי יכה שור או כל בהמה את־איש או את־אשה ומת סקול תסקל
הבהמה ולא יאכל את־בשרו ובעל הבהמה נקי׃ ואם בהמה מכה
היא מתמול שלשם והועד בבעליו ולא ישמרנו והמית איש או אשה
הבהמה יסקל וגם בעליו יומת אם כפר יושת עליו ונתן פדין נפשו
ככל אשר יושת עליו או־בן יכרה או בת במשפט הזה יעשה לו אם
עבד תכה הבהמה או אמה כסף שלשים שקלים יתן לארוניו ותסקל
הבהמה וכי פתח איש בור או כי יכרה איש בור ולא יכסנו ונפל שמה
שור או חמור או כל בהמה בעל הבור ישלם כסף ישיב לבעליו והמת
יהיה לו וכי יגח שור איש או כל־בהמתו את־שור רעהו או כל בהמתו
ומת ומכרו את כל־החי וחצו ארת כספו וגם את המת יחצון או נודע
כי בהמה מכה הוא מתמול שלשום ולא ישמרנו בעליו שלם ישלם
בהמה תחת הבהמה Id eſt: *Et ſi percuſſerit bos*, aut quævis beſtia, *virum vel mulierem ita ut moriatur, lapidando lapidabitur*

 beſtia,

beſtia, *neque comedetur caro ejus: at Dominus* beſtiæ *erit innocens. Quòd ſi* beſtia ad percutiendum facilis fuerit, *ab heri & nudius tertius, & conteſtatio facta fuerit domino ejus, & non cuſtodierit* eam, *occiderit autem virum vel mulierem,* beſtia *lapidabitur, & etiam Dominus ejus morietur. Si redemtionis pretium impoſitum fuerit ei, tunc dabit redemtionem animæ ſuæ, quantum impoſitum fuerit ei. Sive filium percuſſerit, ſive filiam, ſecundùm judicium hoc fiet ei. Si ſervum percuſſerit* beſtia, *aut ancillam, argenti triginta ſiclos dabit Domino ejus, &* beſtia *illa lapidabitur. Quòd ſi aperuerit quis ciſternam, vel ſi foderit quis ciſternam, & non cooperuerit* eam, *cecideritque illuc bos vel aſinus,* aut quævis beſtia, *Dominus illius ciſternæ reddet argentum, & reſtituet Domino ejus, & quod mortuum eſt erit illius. Et ſi percuſſerit bos alicujus* aut quævis beſtia *ejus, bovem proximi ſui,* aut quamcunque beſtiam ipſius, *mortuáque fuerit: tunc vendent,* omne quod reſtat, *vivum, & partientur argentum ejus, etiámque mortuum partientur: vel ſi notum fuerit, quòd* beſtia percutiens *fuerit ab heri & nudius tertius, nec cuſtodierit eam Dominus ejus, reddendo reddet* beſtiam pro beſtia. Nullam ſanè video cauſam, cur voce ſpeciali שׁוֹר *bos* ejectâ, genericâ locutione tota hac ſerie בְּהֵמָה *beſtia* gaudeat, niſi quòd fortaſſis non intelligens Synecdochen, ſenſum exprimere, ad evitandas controverſias inde exorituras maluerit, manifeſtis verbis: cùm illud non amanuenſis autographum deſcribentis, ſed commentatoris officium potiùs ſit. Unde Judæi illibatum relinquentes in ejuſmodi loquutionibus textum Hebræum, ſtudioſè in Medraſchim ſive commentarijs, vel dubitandi, vel malè interpretandi occaſionẽ adimunt; & ſpecificas loquendi formulas, in genericas, ex uſu ſcripturæ, & beneficio XIII. מִדּוֹת ſeu *Modorum legalium,* ut vocant, convertunt. Sic de ipſo hoc loco autor libri Chinuk p. 25. S. מח monet: וּכְבַר נִתְרַבּוּ נִזְקֵי שׁוֹר בָּאָדָם וְלָאו דַוְקָא שׁוֹר אֶלָּא אֲפִילוּ כֹּל בְּהֵמָה וְחַיָּה וְעוֹף שֶׁהִזִּיקוּ חַיָּבִין אֶלָּא שֶׁדִּבֵּר הַכָּתוּב בְּרָגִיל כְּבַר אָמַרְנוּ שֶׁכֹּל הַמִּצְוֹת הַבָּאוֹת

הַבָּאוֹת לָנוּ עַל דְּבַר הַמִּשְׁפָּט שׁוֹרֶשׁ אֶחָד לָהֶן וְדָבָר מוּשְׂכָּל הוּא וְאֵינוֹ צָרִיךְ לַחֲזוֹר אוֹתוֹ בְּכָל אַחַת וְאַחַת id eſt: *Multiplicantur autem damna bovis in hominem, non autem ſolus bos* (intelligendus) *ſed omne jumentum, beſtia, & avis, quæ damnum inferunt, tenentur: ſed loquitur SC. ex conſuetudine ſua, ut jam diximus, quòd omnia præcepta, quæ judicia deſcribunt, habent radicem unam,* (genus) *ex qua alia ſubintelligi debent* (ſpecies,) *quod in uno quoque præcepto repetere nihil neceſſe eſt.* Sic Deut. XXII. 14. *Non videbis aſinum fratris tui, aut* שׁוֹרוֹ *bovem ejus,* adeóque (ſecundùm regulam iſtam) omne jumentum: ſed Samaritano *omne jumentum* non ſufficiebat ſubintellexiſſe, niſi expreſsè addidiſſet או את כל בְּהֶמְתּוֹ *aut omne jumentum ejus.* Et, v. 1. ejusdem capitis, poſt שׂיו Samarit. או אֶת־כָּל בְּהֶמְתּוֹ *aut omnem beſtiam ejus,* ſubjicit.

LXXII.

V. Sequitur membrum *quintum*, quo enarrantur errores contra λέξιν & γραμματικὴν Hebræam commiſſi, qui ſatis puritatem Hebraiſmi, à Morino tum in Exercitationibus Eccleſiaſticis in utrumque Samaritanorum Pentateuchum; tum in Exercitationibus Biblicis de Hebræi Græcique textus ſinceritate Samaritanis aſſertam, labefactant. Gen. cap. VIII. v. 3. & 5. Contextus ſacer uſitato Hebraiſmo habet וְהַמַּיִם הָיוּ הָלוֹךְ וְחָסוֹר *Et fuerunt aquæ eundo & deficiendo.* At Samarit. Infinitivum vertit in præteritum, tædiosè verbo ſubſtantivo præfixo, hoc modo, הָיוּ הָלְכוּ וְחָסְרוּ *Fuerunt iverunt & defecerunt:* quod licèt maximè [o] in Lingua Arabica uſitatiſſimum ſit, vix tamen in Hebræa reperiri puto. Geneſ. IX. v. 1. promittit Deus poſt diluvium in terra fore, æſtatem & hyemem, diem & noctem יוֹם וָלַיְלָה, ut habet textus Hebræus: quod κἠ τό-δε reddunt Interpretes Vulgatus, Perſa, Arab. ipſi quoque Rabbini, ut ex comment. Salom. Iarchi patet, id retinent: Et

 quam-

o *Pleonaſticè videlicet: de quo verbi ſubſtantivi Pleonaſmo Abd Alkader in aureo centum Regentium libro à Thoma Erpenio verſione donato p. 149.*

quamvis in nonnullis exemplaribus Græcis, ut in Pariſino & Baſilienſi, ad imitationem Samaritici codicis legatur θέρ@ καὶ ἔαρ, ἡμέραν καὶ νύκτα ὀ καταπαύσουσιν. In M. S. tamen Bibliothecæ noſtræ exemplari Hebræa veritas exprimitur ἡμέρα καὶ νὺξ ὀ καταπαύσουσι : multùm enim differunt יוֹמָם וָלַיְלָה *diu noctúque*, quibus Adverbijs ἀπόπως hoc loco utitur Samarit. pro יוֹם וָלַיְלָה *dies & nox*, quę nomina ſunt, huic loco convenientia. Ejusdem cap. v. 17. promittit Deus arcum in nubibus לְזֵכֶר בְּרִית עוֹלָם *in recordationem fæderis æterni* : Eſt autem זְכוֹר infini. verbi זָכַר uſitatiſſimus. At in utroq; Samaritano Pentateucho reperio vocem, hoc ſenſu nunquam in ſacris literis uſitatam, אַזְכָּרָה, cujus vocabuli origo quidem *memoriam* denotat aut *recordationem*; verùm in Scriptura Saca, ut Levit. XXIV. 7. & cap. VI. 8. & alibi pro *ſuffitu*, ut Kimchius rectè in Radicibus exponit, adhibetur. Apud Rabbinos verò Talmudicos, Maſorethas per אַזְכָּרוֹת [p] *nomina Dei*, tanquam ejus μνημόσυνα exprimuntur. Atq; hinc perſpicuū eſt, quòd ab ipſis quoque Judæis & Targumiſtis multa hauſerint Samaritani : id quod non tantùm vox שכח ſuprà, & אזכרה jam allata probat, ſed etiam præſens, quod afferimus, exemplum docebit. Legitur autē illud Gen. XXXII. v. ult. ubi bis vocabulum גִּיד הַנָּשֶׁה *nervus oblivionis* occurrit, quod Samarit. ex duobus paraphraſtis Chaldæis, retentâ terminatione Chaldæâ mutuans, גִּיד הַנְּשִׁיָא, quorum poſterius Hebraicum non eſt, vertit. Rurſus Gen. XXVII. 3. vox, origine quidem & ſcriptione apud omnes eadem, ſed ſignificatione, ut [q] Nicol. Fullerus & [r] Druſius docent, anceps תלי, habetur cum affixo תֶּלְיְךָ, quod multi *pharetram tuam* vertere amant. Samaritanus verò nullo exemplo, vel authoritate, תליתך in fœm. genere ponit. Sic Geneſ. XL. 10. apparuit pincernæ Pharaonis vitis כְּפֹרַחַת *ac ſi floreſceret*, quod participium fœmininum, ex

[p] *Videatur Lexic. Talmudico-Chald. & Buxtorfij in R.* זכר. [q] *Miſcellan. Sacror. lib. I. c. XVII.* [r] *Commentarijs ad hunc locum.*

ex Grammaticis notiſſimum, â Samaritana editione monſtroſè detorquetur in כאפרחת, quod quid ſit non video. Tribuo tamen illud *vel* barbaræ Samaritanorum dialecto, *vel* ex paraphraſta Chaldæo, qui כַּר אֲפְרַחַת legit, deſcriptioni. Geneſ. XLIII. 10. textus Hebræus habet הִתְמַהְמָהְנוּ, quod quadriliterum, ut omnium Grammaticorum nos Schola docet, & [f] in Kimchio in quadriliteris, ex uſu Scripturæ, ponitur, â Samarit. ἀνωμάλως התמהנו ſcribitur. Ita Gen. XLIX. 10. nomen occurrit, in quo explicando multum laborârunt eruditi, nempe יקהה, quod ex forma ſtatus conſtructi hoc modo in contextu ponitur, לוֹ יִקְּהַת עַמִּים *ipſi* (nempe Meſſiæ) *erit congregatio gentium.* Unde & Interpretes LXX. R. Salom. Vulgatus, Tavaſius, nominaliter illud reddiderunt. Nam quod alij Interpretes, ut Onkelos, Jonathan, Ibn-Sina, Erpenius, Saadias, in hunc ferè ſenſum, verbaliter: *Ad eum congregabuntur Gentes*, exponunt, libertati id Paraphraſtarum, ſenſum magis quàm verba obſervantium, damus. Neque enim credibile eſt, illos, hoc loco, quod ne quidem vocis forma admittit, nec Scripturæ tenor, pro litera Ethan formativa futuri, quod [g] R. Eſra innuere videtur, accepiſſe. Nam vix dubitandum, quin, omnium ſanorum conſenſu, nomen ſit Hææmanticum in forma conſtructa poſitum, ex obſoleta, Arabibus tamen uſitatiſſima, radice יקי vel וקי *timuit*, (ſolent enim Arabes Hebræorum radicalem literam י mutare in ו, ſic ab Hebr. יָלַד fit Arab. ולד, â יָהַב fit והב) ut ita *reverentia* & *timor* Meſſiæ debitus, & à Gentibus conferendus hoc loco prædicatur. Quòd ſi verò magis *obedientiæ* ſignificatum urgere velimus, non incommodè ad Arabum קאה *obedire*, א medio mutato in ה, referri poſſet. Quid igitur Samaritanus, verbo, in tertia futuri Kal, poſito יקהתו, ſibi voluerit, non video. Totum enim evolventes contextum ſacrum, omnia conſulentes Lexica, ipſos Judæorum doctiſſimos audientes, ne umbra quidem radi-

[f] *In libro Radicum.* [g] *Notis in hunc verſiculum.*

radicis קָהָה apparebit. Tandem, ut etiam huic membro finem imponamus, Geneſ. XLIX. v. 11. pro חַכְלִילִי quod *rubedinem*, tam ex Lexicographorum, quàm Interpretum & Rabbinorum commentariorum mente, denotat, חכלילו, duplici, ח in ה, & י in ו mutatione, Samariticus codex legit & ſcripſit. Quod quid ſit, aut ſignificet, à Morino explicari optârim.

LXXIII.

VI. Subjicimus jam membrum, quo Pentateuchi Samaritici authentia confoditur, *ſextum*, ea proponens, quæ è contextu ſacro caſtrata & ſublata, Samaritanorum vel negligentiâ, vel malitiâ fuerunt. Quia verò, ut ipſe fatetur Morinus, Exercit. IV. c. 3. *abjecti eſt animi alienis laboribus acquieſcere*, omniaque exempla, quæ, ne σκιαμαχεῖν, aut ſine adverſario Morinus pugnare videatur, tacita objectione [u] ſibi opponit, contemnit, libertatique Interpretum permittit, luculentiora à nobis afferri neceſſe eſt. Gen. XXVIII. 9. contextus Hebræus, eúmque exprimentes LXX. Vulg. Chald. uterque, Perſa, Saadias, Erp habet וַיֵּלֶךְ עֵשָׂו אֶל־יִשְׁמָעֵאל *& abijt Eſau ad Iſmaelem*: at Samariticũ exemplar nomen illud ישמעאל omittit. Rurſus XXXI. 37. ait Laban ad Iacobum: *Cur non indicâſti mihi, ut te deducerem cum gaudio* וּבְשִׁרִים μετὰ μουσικῶν, ut LXX. vertunt, quod tamen neſcio quâ fortunâ, quôve infortunio, retinentibus cæteris interpretibus, excidit Samaritano codici. Exodi IX. 5. dicit Scriptura וַיָּשֶׂם יְיָ מוֹעֵד לֵאמֹר *& poſuit Dominus tempus præfinitum dicendo*. At totam hanc periodum, quæ, ſine detrimento ſenſus, abeſſe non poteſt (quam propterea Interpretes reliqui Onkelos, Ionath. LXX. Perſa, Saadias, Erp. Vulg. παραφράζοντες,) omittit. Exodi XXI. 18. legitur: *Quod ſi litigaverint homines, atque percuſſerit vir proximum ſuum* בְּאֶבֶן אוֹ בְאֶגְרֹף & v. 20. בַּשֵּׁבֶט *lapide, aut pugno; aut baculo*, quæ inſtrumenta συνεκδοχικῶς poſita, Samariticus codex expunxit, ea ipſa de cauſa, quâ in hoc capite, paulò inferius, ſpeciem שׁוֹר *bos*,

[u] *Exercit. III. p. 248.*

bos, mutavit in בְּהֵמָה *beſtia*, genus. De quo jam in [x] ſuperioribus ſatis dictum. Nam, ne ille, qui gladio aliòve inſtrumento homini damnum intulerit, impunè illud ex lege iſta, quâ nulla fit mentio gladij, ferret, útque eò tutius τῷ ῥητῷ inſiſterent, & omnem quocunque inſtrumento factam cædem ex lege Dei damnarent, locum hunc, ſpecierum abolitione truncare, quàm commodâ aliquâ explicatione limitare maluerunt. Atque hæc cauſa, tam frequentis mutationis *ſpecierum* in *genus*, tam mihi vera videtur, ut non exiſtimem contradictioni obnoxiam, apud eos præſertim, qui nôrunt Samaritanos orientalibus קראים *lecturarios*, ut vertit [y] Poſtellus, ideò appellari, quòd ſoli פְּשׁוּט, id eſt, *literæ externæ*, ſenſuíque verbis expreſſo inhæreant. Aut num veritati conſentaneum ſit, Eſdram, & poſt eum, LXX. Vulg. Onkeloſum, Ionathanem, Hieroſolym. Ibn-Sina, codicem Erpenij, reliquóſque Interpretes tam nefarium atque audax ſacrilegium commiſiſſe, ut quod *generaliter* à Deo dictum eſt, *ſpeciei*, illi, quo ſic vitijs frænum laxarent, aſtringerent? Amanuenſem verò Samaritanum, ut ſuæ cōſulat politiæ, quæ per plurima ſecula jam jacuit, ſolum veritatem & mentem Spiritus ſancti fuiſſe aſſecutum? Exodi cap. XXII. 30. Deus jubet טְרֵפָה *diſcerptum* projicere canibus his verbis לַכֶּלֶב תַּשְׁלִכוּן אֹתוֹ *cani projicietis illud*, ubi & commentarij Hebræorum, non ſolùm hanc lectionem probant, ſed & ה demonſtrativum cumprimis urgent. Unde Aben-Eſra ל pathachatum eſſe ait כִּי אֵין רָאוּי לְאָכְלוֹ כִּי אִם הַכֶּלֶב *quòd nemini niſi cani comedere illud liceret.* Cui & [z] R Salom. ſuffragatur, qui quoque משמע, id eſt, *ſenſum ſimplicem*, retinendum, cum cæteris paraphraſtis, jam ſæpius memoratis, contendit. Omniū tamen poſthabitâ authoritate, Samaritanus recedens, ſimpliciter vertit illud הַשְׁלֵךְ תַּשְׁלִיכוּן אותו *Projiciendo projicietis illud.*

N LXXIV.

[x] *Vide ſupra Theſ. LXXI.* [y] *In Linguarum duodecim characteribus differentium Alphabeto.* [z] *Commentar. in hunc locum.*

VII. Porrò quia Morinus [a] hinc inde *Maſoram*, *varias etiam lectiones Maſorethicâ operâ notatas ſuggillat, & de Pentateuchi Samaritani exemplaribus, conſenſu & puritate non ſecus, ac ſi omnia jam inſpexiſſet, gloriatur*, nos duorum tantùm exemplarium collatione contenti, ex ijs, quantum primo intuitu obſervare licuit, (utrunque enim ſi evolviſſemus, quot quæſo varietatum plauſtra ?) lectionum varietatem & exemplarium diſcrimẽ evincemus minimè obſcurum. Quod certè non tantùm neceſſitatem Maſoræ probat, ſed etiam authoritati Pentateuchi Samaritici multùm derogat. Si enim ne ipſa quidem exemplaria inter ſe conveniant, & in ipſis ſæpe eſſentialibus diſcrepent, quō quæſo τεκμηρίῳ exemplaria vera à falſis, authentica ab oudenticis diſcernam ? Sed ad ipſa exempla, Gen. III. 4. Hebraicus contextus cum exemplari Illuſtriſs. Armachani legit לֹא תְמוּתוּן *non morieris* : at Leidenſe exemplar contra Hebrææ Grammaticæ uſum pro לֹא *Non* ſubſtituit אל *Ne*, quantum verò inter ſe differant particulæ אל & לא docere nos poſſunt, tum Buxtorfius in [b] theſauro Grammatico, tùm etiam R. David in Rad. cujus verba hæc ſunt אַל בְּרוֹב יָבֹא עַל הָאַזְהָרָה אוֹ עַל הַתְּחִנָּה וְהַבַּקָּשָׁה, id eſt, *Particula* אל *ut plurimùm adhibetur in admonitione, deprecatione, & ſolicitatione.* Fatemur quidem אל poni etiam pro לא, ſed quia illud fit בִּמְקוֹמוֹת מְעַטִּים *paucis in locis*, non noſtrum eſt, ubivis illud indifferenter textui adjicere. Et v. 20. ejuſdem capitis, pro eo quod Hebræus, Uſſerij Samarit. LXX. Vulg. Perſa, כל חי ſcribunt *omne vivens*, in Leidenſi exemplari particula כל expungitur. Sed Achilleum eſt quod afferimus, & ſolum retundendæ Morini audaciæ ſufficiens exemplum, Exodi VIII. 3. expreſſum : Pentateuchus Hebræus Ægyptiacorum Magorum præſtigias per voculas בלטיהם *in occultis ſuis*, quod tamen in Leidenſi exemplari בלהטיהם eodem ſenſu expri-

[a] *Vide cumprimis Exercitat. IV. c. 7.* [b] *Lib. II. c. XIX. p. 207. 209.*

exprimitur, reddit. At Samarit. Uſſerij (mirum autem eſt, ſi Morini ſententia ſtàt, quî alter ab altero Samaritanus, exemplar ſuum transſcribens tam negligenter literas ࠇ & ࠄ accuratiſſimè diſtinctas ita confuderit?) inſolito & monſtroſo utitur termino בלחטיהם. Et contrà cap. X. Bibl. Heb. Hebraicè, cum exemplari Uſſerij habent vocem נָהַג, cùm Leidenſe eodem vitio, *ἀνεβραῖον* ſubſtituat נחג. Sic Exodi IX. v. 19. ubi Deus jubet ex populo ſuo quemq; colligere pecus ſuum, utitur voce הָעֵז *congrega*, quod & Leidenſe exemplar retinet: Uſſerianum autem ה in pronuntiatione confundens cum א, habet אָעֵז. Jam dic mihi Morine, utra tibi placeat lectio, Leidenſisne בלחטיהם, an altera לחטיהם? & ſi illa, cur non magis hæc, niſi quia contextus Iudaicus priori favet? Aut ſi hæc, quid de illis Samarit. fiet exemplaribus, ubi altera, genuina, & in ſcriptis Hebræorum uſitata obtinet lectio? Judica jam, ſiquidem æquus eſſe velis, [c] *utrum otioſorum hominum labor fuerit Maſora*, quæ textum nobis ſartum tectúmque ad hunc uſque diem conſervavit, Voces Hebræas, quod quidem negare non poteris, cuſtodivit, omnémque barbariem à contextu ſacro abegit? Vix credo Te, contra tot ſeculorum conſenſum, novam cuſurum linguam Hebræam, & pro נָהַג, quod Scriptura, Targumiſtæ, ipſi etiam Samaritani, ut ex Uſſeriano codice probavimus, Talmudici & Rabbini, cum vocabulis inde derivatis admiſerunt, ſubſtituturum נחג: pro לחט, quod non minori uſu frequentatum, vocem orienti ignotam לחט Hebræam eſſe perſuaſurum? Samaritani, ſi in ſacro hoc otio cum Maſorethis deſudantes verborum Hebraicorum curam geſſiſſent majorem, vix tot nobis prodigioſorum vocabulorum in Pentateucho ſuo nobis reliquiſſent veſtigia.

LXXV.

VIII. Plura hujus farinæ *παρεργήματα*, ſi rigidiùs omnia vellemus urgere, & præ inopiâ, aliunde argumenta eſſent ac-

[c] *Sic loquitur Exercit. IV. p. 344.*

cerſenda, addere nullius eſſet negotij. Sæpe enim peccatur *vel* literarum tranſpoſitione, Exodi XXXIX. v. 3. pro פחי *bracteis*, ut locus exigit, ſubſtituit Samarit. פיח, quod *favillam* notat. Sic Levit. XIII. 51. & c. XIV. 44. pro ממארת, vocem monſtroſam, quæ ad nullam facilè radicem revocari poteſt, Samarit. ממראת legit: quam miror lectionem tanquam authenticam à Morino [d] produci. Sic Num. XXI. 30. pro נירם, quod LXX. σπέρμα αὐτῶν. Vulg. *jugum*, alij aliter, prout ex ſcriptione quivis colligere potuit: Solus Samarit. tranſpoſitum נרים *exaltabimus*. *Vel* vocum diſtinctarum confuſione Levit. XXI. 23. pro אך אל *tantùm ad propitiatorium non accedet*, Samarit. אכל quod *edendi* ſignificatum habet, conflat.

LXXVI.

IX. Quòd ſi tandem errores omnes, qui in ſcriptione nominum propriorum catervatim ſe offerunt, examinare vellemus, indè quoque Samaritanorum imperitia non parùm augeretur: ex multis delibabimus paucos. Geneſ. X. 23. pro חול Samarit. ponit חויל pro מש habet משא v. 7. pro הדורם ponit אדורם & cap. XXV. v. 4. pro עפר habet אפר & v. 13. pro נביות habet נבות. Exodi VI. v. 15. Hebræus habet בני אהד, Samarit. בני אחר, & id genus infinita alia, præſertim Numerorum cap. XXVI. ubi nomina propria codicis Hebr. pleraq; ferè à Samaritico leguntur corrupta.

LXXVII.

Hæc de prima claſſe, argumentis videlicet ex ipſius Pentateuchi Samaritani natura petitis: Ex quibus ſatis, ut puto, liquet, falsò à Morino Pentateuchum illum, codici Hebræo præferri: Nunc ijsdem, eodem ſcopo, ſubjicimus *Rationes* ſequentes. I. Chriſtus & Apoſtoli inter Judęos verſantes, ijs non tantùm, tanquam θεόπνευστον commendârunt [e] νόμον, ſed & προφήτας & ψαλμοὺς: modò enim ex Lege, modò ex Prophetis, modò ex Hagiographis demonſtrârunt Chriſtum eſſe verum illum Meſ-

[e] *Vide Lucæ XXIV. v. 27. & 44.*

Meſſiam. Iam verò quis quæſo, niſi cui mens eſt planè amens, concedet, commendâſſe quidem Chriſtum Prophetas & γραφεῖα, *ſolis Judæis*, (nam nulla eorum apud Samarit. fuit authoritas,) tradita; ſed non eandem fuiſſe Pentateuchi rationem, utpote quem Judæi variârint, corruperint, & naſi inſtar cerei ad ſuum propoſitum inflexerint, ac proinde à Chriſto fuiſſe approbatam legem, *non* Judæorum, *ſed* Samaritanorum in odium, ac contumeliam ſanctiſſimi templi Hieroſolymitani depravatam? Impia hæc ſunt cogitatu nedum ſcriptu.

LXXVIII.

II. Credi non poteſt, Judæos, quorum doctores olim Prophetico Spiritu erant donati, præcipua Vet. Teſt. parte, Lege nempe, ad cujus formulam ipſe quoque [f] Chriſtus & Apoſtoli vivere non dubitârunt, fuiſſe deſtitutos: Eos verò quos apud Iudæos olim hæreticos audijſſe certum eſt, penes ſe reſervâſſe. Ipſe ſanè Chriſtus in templo Hieroſolymitano, non verò in monte Garizim, docendo, exemplo ſuo authoritatem Pentateucho huic Samaritano ademit.

LXXIX.

III. Quemadmodum is, [g] *qui ſervaverit totam Legem, offenderit autem in uno, totius Legis fit reus*: ſic, qui cæteris omnibus rejectis, S. Scripturæ recipiunt tantùm partem, adeóque eam lacerant, eo ipſi ſibi authentiam ſacrarum Literarum abjudicant. Aut, num Evangelium Matthæi, quod tota [h] credidit antiquitas Hebraicè ſcriptum, (attendatur ad hoc exemplum planè parallelum,) quódque [i] Nazaræi N.T. hæretici non infimi ſubſellij, [l] unâ cum Ebionitis (qui, juxta Epiphanium, [n] Samaritanorum abominationem, Iudæorum verò nomen habuerunt) ſibi vendicant, quóve, [o] etſi multùm

 à noſtro

[f] *Matth. V. v. 17.* [g] *Iacobi II. v. 10.* [h] *Vide Franciſci Gomari diſſertationem de Evangelio Matth. Hebraico.* [i] *Contra hæreſes lib. 1. tom. 11. hæ. XXIX. ſub finem.* [l] *Ibid. hæreſi XXX.* [n] *Sub initium hæreſ. XXX.* [o] *Epiph. lib. citato exemplum affert: plura Hieron. comment. in Eſ. c. XI. & Dial. III. contr. Pelag.*

67707

à noſtro diverſo & fabularum mantiſſis aucto, multùm gloriati, habuiſſe verum Matthæi Evangelium, falſum aſſervatum à Chriſtianis credibile eſt? Neque enim utrunque tam Nazaræorum, quàm Chriſtianorum Evangelium Matthæi nomine receptum in Eccleſia pari authoritate recipi potuit. Sic Samaritanis ſolum Pentateuchum recipientibus, cætera θεόπνευστα ſcripta iniquè tractantibus, majorémne tribuemus fidem quàm illis, quibus Canon S.S. ex aſſe comiſſus? Injurij eſſemus in Eccleſiam, ſi truncatum Samaritanorum, &c. ab omni reliquarum gentium conſortio avulſorum, Pentateuchum præferremus canoni integro. [p] Alogi Iohannis Evangelium rejiciunt. Cur? quia Chriſtus filius ille Dei firmiſſimis argumentis in eo θεολογεῖται. Sic Samaritani rejiciunt Legem Moſaicam Iudæorum, Prophetas item & Hagiographa, propterea, quòd in ijs cultus eorum ſuperſtitioſus damnatur; at verus contrà, Hieroſolymam transfertur. Et quemadmodum Hæretici, Ebionitæ cumprimis, teſte [q] Epiphanio; & Muhammedani, ut ex [r] Ahmed ben-Idris colligitur, in ſanctum Apoſtolum Paulum tanquam Legirupam invehuntur, & in eum, tanquam novæ ſectæ Chriſtianorum, quòd omnium ſolidiſſimè, abrogata circumciſione & Lege ceremoniali, Iudaiſmum & gentiliſmum refutet, authorem debacchantur: ita etiam maledicam linguam ſuam non ſolùm in S. Prophetas, quòd unanimiter montem Garizim pro Sanctuario non agnoverunt; ſed in ipſum Spiritum S. ſtringunt Samaritani. Unde eos, qui Moſis & Ioſuæ tempora ſecuti, atq; ad regiminis Eccleſiaſtici gubernacula conſtituti in Scriptura leguntur, vix fandis calumnijs impetunt. Eli [ſ] Sacerdotem *ſeductorem*, Samuelem verò, (quantum virum!) [t] *magum* in Chronicis ſuis appellare non verecundantur.

LXXX.

[p] *Vide Epiphanium hæreſi LI.* [q] *Hæreſi XXX.* [r] *Libro III. q. XLIV. in qua blaſphemè de ſanctiſſimo illo viro, ea tantùm de cauſa, quòd circumciſionem penitus aboleverit, loquitur.* [ſ] *Vide Chronici appendicem c. XL.* [t] *Ibidem,*

LXXX.

Succedunt tandem *Authoritates* : *ſuffragantur* enim argumentis & rationibus jam in medium allatis *Viri celeberrimi*, *tum* indirectè *tum* directè authentiam Pentateuchi Samaritani prorſus inficiantes. *Indirectè* quidem omnes illi, qui ſolam agnoſcunt veritatem Codicis Hebræi authenticam, omniaque, extra contextum Hebræum, ex Samaritico codice in alias translationes illata, vel [u] *ſuperflua* eſſe, [x] vel *irrepſiſſe*, vel *fortuitò ad nos perveniſſe* clamitant. *Directè* verò hanc authentiam explodit præter alios, Simeon de Muys cenſurâ ſuâ in aliquot capita Exercitationum Ecclesiaſticarũ in utrunq; Samarit. Pentateuchum Morini. Ubi, etſi magno ſtudio Hebræum codicem, à cavillis & exceptiunculis Morini toto libello vindicet, συλλήβδην tamen quid de Samaritanorum Pentateucho ſentiat, his verbis proponit: [y] *Videtur*, inquit, *fictitium & factitium eſſe exemplar tuum Samariticum ad componendas nempe difficultates arte atque induſtria jam inde antiquitus accommodatum*. Deinde etiam rabiem hanc furioſi Monachi inſectati fuerunt Franciſcus Taylor & Arnoldus Bootius Angli, ut præfat. eorum Exam. in præfat. Morini in verſionem τῶν LXX. docet. *Luctamur*, inquiunt, *cum ejusmodi monſtro quale ipſi quoque Judæi execrentur; quippe quòd puriſſima atque incorruptiſſima divinorum oraculorum Archetypa tam rabiosè inſectatur, ut per ipſum non ſtet quin pro depravatiſſimis atque omni mendarum genere pleniſſimis abjiciantur, planè atque omnium pedibus proculcentur.*

LXXXI.

Atque hæc ſunt quæ, divinâ annuente gratiâ, de Pentateucho Samaritano, ejúsq; vitijs, quantum ad vindicandam authoritatem contextus Hebræi, conculcandam verò Morini adverſus eum audaciam, neceſſe videbatur, proferre conſtituimus.

[u] *Hieron. Comment. in Gen. c. IV.* [x] *Sic Hieronymus Carthuſianus in eundem locum.* [y] *Cenſura in Morini Exercit. IV. c. 1.*

tuimus. Ex quibus non obſcurum erit colligere: *Jactantiam atque laudem quam ex canonizatione ejus venatur Morinus eſſe nullam.* Si verò incommodè minùsque ſufficienter nonnulla dicta videntur, tum difficultati materiæ, tum etiam brevitati, cui ſtuduimus, benignè aſcribantur, ſperantes & alia occaſione, ſi quando ad Morini exceptiones & *κρησφύγετα* reſpondere operæ pretium duxerimus, defectum nos compenſaturos. Nunc igitur [z] *Θεῷ εὐχαριστήσωμεν, ὡς διὰ μικρῶν καὶ ἁπλῶν λόγων ἡ ἀλήθεια τοὺς ἑαυτῆς υἱοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν ὁδηγεῖν εἴωθε, καὶ τὰ σχέτλια καὶ πολύκομπα διὰ πολλῆς μηχανῆς καλλωπισθέντα διασκεδάννυσιν, ἀνατρέπει τε καὶ ἀφανίζει ἡσυχῆ βαίνουσα.* Id eſt, *Deo gratias agamus, quòd per pauca ac ſimplicia verba, veritas filios ſuos ad rectam viam deducere ſolet, & impia ac faſtuoſa per multam artem fucata diſpergit, evertitque placidè incedens.*

[z] *Epiphan. hæreſ. XXXV. p. 117.*

Μόνῳ Θεῷ δόξα.

ΕΠΙΤΟΜΗ

Omnium capitum

LIBRI JOSUÆ,

Hoc eſt,

Chronici Samaritani, quod, ex legato Magni Viri, JOSEPHI SCALIGERI, in illuſtriſſima LEIDENSI Bibliotheca Arabicè contextum, ſed Samaritico charactere exaratum, aſſervatur.

AD

Clariſſimum Virum

D. JOH JACOBUM HULDRICUM,

Verbi DEI in Eccleſia Tigurina Miniſtrum.

Vir Clariſsime, Mæcenas & Affinis honorande.

ELegans eſt illud in Capitulis Patrum Hillelis celeuſma בִּמְקוֹם שֶׁאֵין אֲנָשִׁים הִשְׁתַּדֵּל לִהְיוֹת אִישׁ *In loco ubi non ſunt viri, fac Te Virum præſtes.* Vult nempe ſenex ille Babylonius, ut in ijs potiſſimùm deſudemus, quæ alijs vel in tacta relicta, vel obiter tantùm pertractata fuêre. Tale quid, ſine dubio, eſt Chronicon hoc Samaritanum, paucis viſum, paucioribus lectum, pluribus laudatum: quod ſpeciosè admodùm, ſed falſiſſimè *Librum Joſuæ* appellant. Unius certè Scaligeri, Viri ad gloriam ſeculi nati Bibliothecæ, hæc charta virgo ceſſit. Neque enim facilè dederim, ullum alibi in Chriſtianorum Europæorum forulis delituiſſe exemplar. Morti verò vicinus Heros ille, & futurę Reipublicæ literariæ memor, theſaurum hunc chartaceum, unâ cum ſplendiſſima librorum Orientalium ſupellectili Bibliothecæ, quæ Lugduni Batavorum eſt, publicæ legavit. Atque inde ego, à Nobiliſſimo Viro Daniele Heinſio, Bibliothecario publico, rogatu Nobiliſſimi & Clariſſimi Viri D.D. Conſtantini L'Empereur, copiam deſcribendi nactus fui. Exemplar ipſum ſatis vetuſtum eſt, unde & characteres attriti, & exeſi; lectio dubia ſæpe & fallax, ac proinde in eo medicam crebrò Scaligeri manum deprehendi. Ejus nunc exhibemus Epitomen, aliâs, σὺν Θεῷ, ipſum, ubi operæ pretium duxerimus, & typi Arabici permiſerint, daturi contextum notis neceſſarijs illuſtratum. Unicè enim in votis haberem, tandem aliquando Chronici hujus, quò ad liceret, exactam cum textu Arabico edere verſionem, ut non tantùm viris doctis, & antiquitatis ſtudioſis, quid de Samaritanis, aliâs in Orientalium hiſtorijs ſatis obſcuris, eorúmque dogmatibus habendum eſſet, ex antiquiſſimis, quæ ab ipſis extorqueri potuerunt, monumentis, accuratius perſpectum eſſet, & exploratum; ſed etiam viris toto orbe celeberrimis, atque de ſtudijs meis optimè meritis, editionem ſolicitantibus

bus ſatisfacerem. Vix ſanè, ante triennium, pedem in Angliam intuli, Vir Illuſtriſſimus Jacobus Uſſerius Hibern. Primas, Londini tum ſubſiſtens, ex literis, quibus nullo meo merito, ἀφθόνως planè καὶ ἀφειδῶς eidem me commendavit ὁ πάνυ Conſtantinus L'Empereur, Scaligeri Samariticum Chronologum penes me eſſe animadvertens, non ſolùm quanti authorem iſtum fecerit Scaliger candidè dixit, ſed & verſionem aliquot capitum, (totum enim, Oxonium tum, & Cantabrigiam, Academias utinam tandem faucibus Bellonæ ereptas properanti, abſolvere tractatum non dabatur,) à me petijt: quam καδδύναμιν, ſpe ipſius aliquando elimandi & expoliendi opuſculi, adornavi. Ab eo verò tempore, quo in patrios redij lares, non raro faces ſubditæ per literas familiares ab ijs, quibus in Gallia, Belgio, Anglia, Helvetia, imò toto orbe Chriſtiano res literaria plurimum debet. Non pigrabor autem ipſorummet hoc loco excerpta ſubjicere amicorum verba: *Nunc*, ſcribit Conſtantinus L'Empereur, *ad Chronicon redeo, cujus editionem omnino commendo. Licèt enim etiam falſa contineat, tamen eo quoq; nomine edi cupio: quò ſimilia ſcripta, ubi ſubinde ad iſtas hypotheſes reſpicitur, (uti non uno loco in Thalmude obſervo) eò melius percipiantur: & ſaltem lingua ipſa melius hujusmodi verſionibus addiſcitur. Multorum tandem deſiderio ſatisfacies.* Et Clariſſimus Theologus Ludovicus Cappellus: *Chronicon Samaritanorum etſi tanti non ſit, uti à quibusdam ſit, nihilominus quia vix ullus eſt tam malus liber, ex quo aliquid elici boni non poſſit, quique uſui alicui non ſit, non erit arbitror ejus editio inutilis.* Edvvardus Pokoke, vir Linguarũ & rerum Orientalium peritiſſimus ipſe quoque Epiſtolâ familiari editionem iſtius ſcripti urſit: *Illinc accuratam Chronici Samaritani &c. editionem expectamus.* Huc accedit, quòd, quicunque Samaritanorum pertractant hiſtorias, Chronici hujus non niſi de nomine notil, mentionem ubique injiciant. Primus, quod ſciam, qui ejus meminit eſt R. Samuel Schullam, in libro Iu-

chaſin, quem Conſtantinopoli primò edidit p. 154. f. 1. verba ejus ſunt hæc: מצאתי ראיתי בספר זכרוני הכותיים וזכרו שראו אותו במדרש אח' של היהודים Id eſt, *Inveni, vidi in libro Chronicorum Samaritanorum, qui dixerunt quod eum invenerint in quadam Judæorum ſynagoga &c.* Judæum hunc excipit Joſephus Scaliger, qui ut ipſe Chronici fuit poſſeſſor, ſic quavis oblata occaſione mentionem ejus fecit. Lib. de Emend. temp. VII. p. 669. *Habemus*, inquit, *Samaritanorum magnum Chronicon, ex Hebraica lingua in Arabicam converſum, ſed charactere Samaritano deſcriptum. In eo ſunt multa cognitu digna, quamvis aliquando commentis Samaritanis incruſtata. Is liber incipit ab exceſſu Moſis, deſinit infra tempora Imperatoris Hadriani. Propterea vocatur Liber Joſuæ, quòd ab exceſſu Moſis, & ducatu Joſuæ incipit.* Et in Epiſtol. libr. IV. Epiſtol. 362. *Habemus Chronicon Samaritanum ab exceſſu Moſis, ad tempora Antoninorum Auguſtorum, charactere Samaritano.* Sed & Iſaacus Caſaubonus & Guilielmus Schikhardus, quamvis obiter tantùm, in ſcriptis ſuis hujus libri meminerunt. Morinum de Chronico hoc differentem in Exercitationibus Anti-Morinianis audivimus S. 49. His igitur victus rationibus, omnino ut prodeat aliquando, πάσῃ σπουδῇ καὶ μηχανῇ enitar.

Interim, Vir Clariſſime, hunc Tibi INDICEM, Libri, quibus quæſo virorum eruditorum votis non expetiti? ſacrum eſſe volui, non tantùm, ut ſubacto & in Antiquitate verſatiſſimo judicio, quid de ipſo aliquando authore in publicum bonum vel edendo, vel ſupprimendo ſentires cognoſcerem; ſed etiam ut Tuo conſilio, hoc quidquid eſt laboris ſuſcepiſſe publicè teſtarer. Tu, Vir ſumme, quâ in literas es benevolentiâ, chartaceum hoc munuſculum, animi devotiſſimi atque gratiſſimi τεκμήριον vultu ſereno accipias majorem in modum rogo. Vale Eccleſiæ, vive Patriæ & Scholæ, méq; meáq, ſtud a benevolentiæ Tuæ aura afflare perge. Tiguri ex Muſæo die 10. Iulij, Anno MDCXLIV.

Cl. T. addictiſſ. JOH. HEN. HOTTINGER.

Epitome capitum Libri Josuæ.

I.

Σκιαγραφία eſt atque *Epitome totius opuſculi, Iſraelitarum potiſsimum ſtatum tum ſub Moſe in deſerto, tum ſub Joſua & reliquis Judicibus exhibens.*

2. *Moſes morti vicinus Imperij faſceis, cum omnium applauſu & congratulatione, Joſuæ defert. Eleazari ſacerdoti curam religionis veræ tradit. Tandémque collectis copijs impetum facit in Midianitas.*

3. *Bileamus Magus à quinque Midianitarum & Moabitarum regibus vocatur: ad maledicendum Iſraelitis ſolicitatur: à Deo prohibetur: Iſraelitis, indignantibus Regibus, benedicit.* Prolixum eſt caput & maximam partem ex Num. c. XXII. XXIII. & XXIV. deſumptum.

4. Εὕρημα *aſtutum Bileamus in Iſraelitas excogitat: Reges, quorum deſiderio hactenus incantationibus divinâ gratiâ impeditis ſatisfacere non poterat, nunc, ut de alia excutienda quercu cogitent, monet: Suadet, ut agmen formoſarum, auro gemmiſque micantium puellarum in Iſraelitarum caſtra ablegent, ita enim fore, ut Iſraelitæ ad laſciviam & profuſam libidinem pellecti, maledictionem manúmque Dei ultricem mereantur. Placet regibus hoc conſilium, & puellas numero 24000. ipſo die Sabbathi dimittunt, quarum adventu Iſraelitæ ita ſeducti, ut nihil non illarum gratiâ voluerint. Hinc Deus juſtiſsimâ in populum ſuum accenſus irâ, momento ingentem ſtragem edidit, multáque utriusque ſexus millia tum Iſraelitarum, tum gentilium morte ſubita ſuſtulit. Tandem verò Eliezer zelo, quo fervens, filiam Regis lanceâ transfodit, iratum Deum placavit.* Confer Num. c. XXV. Et Apocal. II. v. 14.

5. *Moſes divino mandato excitatus, impiam hanc Midianitarum fraudem non inultam dimiſſurus, magno exercitu eos invadit:*

dit: Reges illos quinque ob felicem ſtratagematis ſui ſucceſſum ſecuros opprimit. Bileamus ſacris gentilibus intentus, renitente Joſua, qui vivum ipſum Moſi adduci optâſſet, interimitur. De his Num.c.XXXI.v.19.32.33.49.

6. *Moſes ſerijs præmiſſis ad populum exhortationibus, vaticiniisque de rebus, ſingulis tribubus eventuris, in Monte Nebo diem ſuum obit. Iſraelitæ magno eum luctu proſequuntur.*

7. *Joſuæ pro Moſe Epicedium oratoriâ pompâ deſcribitur. Moſis res geſtæ à capite ad calcem recitantur: Ejusdémque ſingularia, præ omnibus reliquis hominibus, dona divinitus conceſſa enarrantur.*

8. *Joſua ad Iſraelitarum caſtra revertitur: Moſen triginta dies luget. Cananæi, ex Moſis morte, recipientes animum Iſraelitas oppugnare denuò decreverunt.*

9. *Deus Joſuam auxilij ſui præſentiâ erigit: eum animo bono eſſe vult: jubétque transire Jordanem, atque terræ ſanctæ occupandæ facere initium.*

10. *Congregatum Iſraelitarum cœtum univerſum graviſſimè Joſua officij ſui monet: fœdus novum cum ijs, icit: dehortatur ne majorum ſuorum σκληροτραχήλων veſtigijs inſiſtant. Tandémque vocem Dei audientibus benedictionem, & contra hoſtium vim defenſionem promittit.*

11. *Populus animis abjectis, & lachrymis largiſſimè fuſis omnibus ſe monitis daturum locum, à Dei verbo neque ad dextram, neq; ad ſiniſtram receſſurum ſanctè in ſe recipit.*

12. *Iſraelitæ recenſentur* (vide Num. XXVI. & XXXII.) *Tribui Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Menaſſe portio aſſignata repetitur.*

13. *Lepidam de Exploratoribus Hierichuntinis (quam in multis cum Gibeonitarum hiſtoria confundit) fingit fabellam.* Cùm Samaritani ſolùm recipiant Pentateuchum, mirum non eſt, ſi, ut in cæteris, ita & in hac hiſtoria cæcutiant, eámq; inſulſis figmentis defædent.

14. *Jo-*

14. *Joſua,poſt exploratorum reditum, ad expeditionem populum parat: Miraculum, cui poſt hominum memoriam ſimile nullum obtigit, in Jordane exſiccato prænuntiat: Sacerdotes cum arca fœderis præcedunt, quos ſequitur populus reliquus. Hymnus Levitarum poſt tranſitum commemoratur.*

15. *Hymno Deum Joſua celebrat pro ingenti beneficio, quo Jordane exſiccato, Iſraelitas in terram ſanctam deduxit: Vicini reges tanto miraculo terrentur; multique eo nomine mortui concidunt. Joſua interim de benedictione Dei certus, confirmatúsque redditur.*

16. *Hiericho urbs expugnatur: Internecioni devovetur. Acan ſacrilegus deprehenditur.* Petita ſunt illa, iisdem ferè verbis retentis, ex c.VII. Joſuæ.

17. *Scelus Acani revocatur ad ſortem. Morti cum omnibus ſuis, poſtquam prolixè culpam fuiſſet confeſſus, addicitur. Deus iratus placatur.* Conveniunt cum c.VII. & VIII. lib. Joſuæ, exceptâ nova planè, quam habet, & Scripturæ ignotâ ſortilegii deſcriptione.

18. *Gibeonitæ aſtu vitam ſibi redimunt. E longinquis enim venire ſe ſimulantes terris, fœdus à Joſua & Iſraelitis obtinuerunt.* Ex lib. Joſ. c. IX.

19. *Quinque duces ſive Reguli* (Reges Joſ. X. v. 5. appellantur) *bello tentant Gibeonitas: Gibeonitæ, ut inſtans amolirentur periculum, auxilium Joſuæ implorant. Reges in fugam converſi in latebras ſe abſcondunt & ſpeluncas, ex quibus extracti interimuntur.*

20. *Deus Joſuæ contra hoſtes, qui terga vertere coacti fuerunt, victricia conceſſit arma: Igni cœlitus iidem tacti panico terrore corripiuntur. Joſua per Epiſtolam alis aviculæ alligatam Eleazarum victoriæ glorioſæ certiorem reddit: monétque non ſe priùs reverſurum, quàm omnem, Iſraelitis, terram promiſſam, in poteſtatem ſuam redegerit. Subactâ tandem terrâ Canaan Joſua redit domum, ibique in fluvio ex Montis Benedicti cacumine*

ſummo

ſummo excurrente ſe cum exercitu luſtrat. Poſt καθαρισμὸν *offeruntur ſacrificia: celebratur dies feſtus, Deúsque pro occupata terra ſancta laudatur.*

21. *Terræ promiſſæ termini menſurantur: Aſyláq; tria conſtituuntur.* Vide Joſuæ XIV. & deinceps.

22. *Joſua, expugnatis jam hoſtibus, duarum tribuum & mediæ deprædicat ingenuitatem, ijs nomine reliquarum tribuum gratias agit, quòd ad ſedes ſuas, armis occupatas, non properârint, antequam reliquos quoque fratres ſuos, domicilia parare, hoſtibúsque eripere juviſſent. Ijsdem deinde Jordanem transfretaturis magna ſolennitate Vicarium Regium Nebichum, à quo omnia dependerent, commendat. Rex autē iſte, cùm patriæ jam eſſet vicinus, ab obvijs ſibi ſubditis trans Jordanem relictis, humaniſſimè & honorificentiſſimè excipitur.*

23. *Geometræ ſingulis X. tribubus ſuas adjudicant poſſeſſiones. Eas Eleazar ſuffragio ſuo probat. Joſua* פי׳ טור בריך יערף שמרון in Monte Benedicto, id eſt, Samaritano *non tantùm arcem, ſed &* כניסה עלי ראסה templum in vertice ejus *extruxit.*

24. *Iſraelitæ in terra ſancta habitantes Deo juxta Legis præſcriptum ſerviunt. Unde cumulatè ejus experiuntur beneficia: Alta fruentes per annos viginti pace, omnibúsque regibus & principibus multis paraſangis ſuperiores.*

25. *Bellum Iſraelitarum cum gentibus exteris recrudeſcit. Schaubecus enim filius Hemami, Regis Perſarum à Joſua occiſi, ad arma excitat omnes per univerſum orbem Reges, ut* ἀρετῇ συμφερτῇ *mortem parentis vindicaret, atque Iſraelitas penitus extirparet.*

26. *Exemplar eſt Epiſtolæ Schaubeci Regis ad Joſuam.* Verſionem Hebræam in compendium contractam habes in libro Iuchaſin p. 153. fol. 1.

27. *Mittitur hæc Epiſtola ad Joſuam per legatum die decimo menſis ſecundi, poſt annum XXI. ab ingreſſu in terram ſanctam:*

ctam: Sed cùm decidendis litibus Joſua eſſet intentus, diésq; feſtus immineret, noluit Joſua Epiſtolam illam, ne ea conſternati, fierent remiſſiores Iſraelitæ, legi. Lecta autem fuit feſto finito, præſentibus proceribus, qui crudelitate, quam Schaubecus minabatur, multùm quidem fuerunt territi, ſed auxilio divino freti eam tandem deluſerunt.

28. *Joſua Regibus, eorúmq; temeritati fusè reſpondet. Minas & bellum, quas intentant, parvi facit. Iisque opem divinam, quâ miraculosè hactenus cum Iſraelitis fuerit ſuſtentatus, quáque omnium hactenus inimicorum impetus repreſſerit, opponit.*

29. *Animum Iſraelitæ ex ſingulari Joſuæ in literis ad Reges expreſſa magnanimitate recipiunt, eóque nomine gratias agunt. Interea, jubente ſic Joſua, turma equitum collécta, intráque horæ ſpatium hominum 300000. confluxerunt. Tandem reſponſio Joſuæ, ad ipſius Legati præſentiam, repetitur.*

30. *Legatus regius, exercitûs caſtrorúmque Iſraeliticorum teſtis αὐτόπτης, animo fracto prorſus & abjecto cum literis Joſuæ ad ſuos revertitur.*

31. *Legatus legatione ſua defunctus, Joſuæ literas publicè recitat. Reges, vel ſolo audito titulo, quo honorificentiſſimè Joſua cum ſuis, ignominioſiſſimè verò Reges appellabantur, animum deſpondent; déque victoria, quod & lachrymarum profuſa vi magna teſtati fuerunt, deſperârunt. Interim verò, dum ſuam deplorant ſortem, mater Schaubeci magiæ peritiſſima, cum ſene quodam, mago, in medium prorupit, puſillanimitatem regum reprehendentes. Numquid,* inquiebant, *quem ne quidem vidiſtis hoſtem tantopere extimeſcatis? Agite, nos quoque legatum audiamus. Prodiit legatus, omnémque ſpem ipſis vel incantationibus, vel ſtratagematibus, vel aperto Marte expugnandorum Iſraelitarum ademit. Iſtis tamen Legati verbis adeò non ceſſerunt, ut ultima etiam magiæ ſpecimina contra populum Dei tentare conſtituerint.*

32. *Joſua ad expeditionem contra Reges iſtos ſe parat: antequam verò exercitum eduxit, jubet Eleazarem convocare populum;*

lum; eidem, juxta mandatum legis, benedicere; pro ſalute populi, dum cum hoſtibus confligeret, orare.

33. *Joſuæ, cæteriſque Iſraelitis, artibus magicis, ita fuerunt præſtricti oculi, ut muris ferreis circumſepti ſibi viderentur: Ideo autem, permiſsione divina, Iſraelitis hoc obtigit, ut Regis Nebichi gloriæ & æternæ famæ conſuleretur. Tandē ad ſonitum tubæ Eleazaris ſacerdotis, muri iſti corruerunt, hoſtésque in fugam dati ſunt.*

34. *Joſua literis, miniſterio columbæ, ad Nebichum patris ſui filium, vicarium Regium duarnm tribuum & dimidiæ miſsis, ſuam deplorat ſortem.*

35. *Exemplar Epiſtolæ Joſuæ ad Nebichum. Conqueritur autem, quàm malè de ſe intra ſeptem muros ferreos conſtituto agatur, rogátque, ut, omni abjectâ morâ, ſibi ſuiſq; ſuppetias ferat.*

36. *Nebichus* (quem filium Gileadis, nepotem Maciri, pronepotem Menaſſis appellat) *acceptis Joſuæ literis, è veſtigio numeroſo exercitu in ſubſidium Iſraelitarum properat. Schaubecum Regis filium, quo cum antè oretinus locutus, telo trajicit. Reliqui hoſtes fugantur. Laudéſque Deo pro victoria dicuntur.*

37. *Compendium Legum, rituum, & cæremoniarum, Iſraelitis, poſt diuturna cum Regibus bella tempore tranquillo, & à dimicationibus immuni præſcriptarum de Jubilæo;* שְׁמִטָּה *ſive* anno remiſſionis; *De feſtis; De decimis Levitis & Sacerdotibus pendendis; De manumiſsione ſervorum Hebraicorum; De ſacrificijs animalium mundorum, quorum oblationem etiam tempore Joſuæ & deinceps ineptiſsimè reſtringit* עלי מרבח טור בריך ad altare Montis Benedicti; *De præceptis* עשה *ſive* affirmativis & לא תעשה (quam ipſam diſtinctionem à Talmudicis deſumſiſſe videntur) negativis; *De exploranda zelotypia; De officio Levitarum in deſcribendis Legis exemplaribus, contexendis genealogiarum catalogis & hymnis: Cuſtodiendis templi vaſis: De ſacrificio jugi. De precibus & benedictionibus, aliiſque, quorum in Pentateucho Moſis ſit mentio, pietatis officijs.*

38. *Joſua morti vicinus Iſraelitis valedicit. Sorte ſucceſſo-*

rem

rem relinquit Babelem, qui nepos fuit Chalebi ex fratre, è tribu Juda (vide Jud.c.1.) *Hortatur illos, ut ne à vijs Domini recedant,* (Ioſ.XXIV.) *Moritur, ac ſepelitur in ſpelunca. Sed & Babel, cùm annos novem populum judicâſſet, vivus exceßit, relicto ſucceſſore Terſio Ephraimita. Reliquorum Judicum, Simſonem ſi exceperis, quorum curâ Reſpublica Judaica per 260. annos adminiſtrata fuit, nomina non expreßit.*

39. *Eleazarus Pontifex moriturus Iſraelitarum principes officij ſui monet, curámque cultus divini commendat. Exit ad ſpeluncam, in qua exutis veſtibus ſacerdotalibus, mortuus ſepelitur. Surrogatur ipſi filius Pinchas, qui ijsdem ceremonijs in agone mortis conſtitutus ſacerdotio ſe abdicavit, eodémque cum Patre tumulo conditur. Subnectitur ἀνακεφαλαίωσις beneficiorum, quæ in Iſraelitas ab Adamo ad Judicum uſque tempora collata fuerunt.*

40. *Tragicè Simſon perit. Gentes ex Bileami libris edocentur, nulla ratione interritum afferri poſſe Iſraelitis, niſi impietate & apoſtaſia Deum provocent. Mittuntur itaque malè feriati homines, quorum commercio non tantùm uſi Iſraelitæ, ſed & ijsdem omnia arcana detexerunt. Hinc familiariùs æquo cum ijs converſantes, corruptißimos ipſis affricuerunt mores, quibus ita ira Dei concitata, ut Templum ſplendore gloriæ ſuæ, igni cœleſti orbatum, planéq; obſcuratum fuerit.*

41. *Tacitè pergit Chronologus ad librorum Samuelis hiſtorias, quas miſerè dilaniat. Refértque diſcordiam inter filios Pinchaſi, & ſacerdotem Eli, ob ſacerdotium exortam. Unde pium illum ſenem Eli calumnioſè traducit, & tanquam famoſißimum Magum, qui infinitas magiâ ſuâ corraſerit divitias calumniatur. Impingit ipſi, quòd ſacrificia contra Dei mandatum obtulerit, cultúmque ſacrum Schiluntē, ſchiſmatico auſu, tranſtulerit. Quin & ipſum virum Dei Samuelem, magicis artibus imbutum fuiſſe blaſphemè deblaterat.*

42. *Multa Scripturæ cōgrua refert; de Philiſtæis contra Iſraelitas congregatis: filiorum Eli cæde; Arcæ ablatione: morte Eli.*

43. *Continetur fabula quam in Exerc. S. XLIX. attulimus.*

44. *Hiſtoria Iddonis & Alexandri M. (qua de in Exer. S. LV.) tribuitur Samaritanis. Commemorantur urbes, loca, ab Alexandro occupata. Samaritanis, reliquisq; Iudæis ab Alexandro imperatum, ut ſtatuas, more gentiũ, erigerent: cujus mandato ut ſatisfacerent, infantes recèns natos nomine Alexandri appellari illi voluerunt. Unde cùm ex Aegypto redux à Judæis, ubi nam ſtatuæ eſſent Rex percontaretur? Statim illi, productis filijs, exclamârunt: Hæ, ô Rex! ſunt ſtatuæ vivæ quibus nomen tuum impoſuimus ſingulis.*

45. *Obſidio urbis Hieroſolymitanæ per Adrianum fusè pertexitur. Adrianus Neapolim conceſſit, ibiq; nonnullos pontes fecit. Eodem tempore Samaritanis ablati libri præſtantiſſimi, Hiſtorici, Genealogici, adeò ut de Iſraelitis malè fuerit actum ad tempora uſque Babarraba, filij Nathanaëlis, filij Akban, de quo plurima memorabilia recenſet.*

46. *Nathanaëli nati ſunt Babarraba, Akbas & Pinchas. Prohibent Romani ne quenquã Samaritani ex Infantibus ſuis circumciderent. Ne verò Samaritani circumciſionẽ temerariè violarent, eduxerunt clam in ſpeluncas filiolos ſuos, quos circumciſos, ancillarum operâ domum deduxerunt. Neque verò hanc tantùm ijs legem fixerunt Romani, ſed & adipe, carne ſuilla cibum & potum eorum infecerunt. Quin etiam avem æneam* (Tilſeman vulgò, juxta Arabum & Hebræorum conſuetudinem in Chronico, illa appellatur) *in monte Garizim collocârunt, quæ ubi Samaritani ad cultum ſuum peragendum aſcendere voluerunt, exclamâſſe fertur,* Hebræus! *Qua voce Romani excubias ibi agentes excitati confeſtim proruperunt, obviúmq; Hebræum occiderunt.*

47. *Mittitur à Babarraba, Levi, nepos ex fratre, Conſtantinopolim ut liberales ibi diſceret artes: hic tam felices fecit in literis progreſſus, ut ſummus Epiſcopus fuerit electus, petijtq;, ut ſibi venia adeundi montis Garizim concederetur, eam ab Imperatore impetrat, magnóq; cum ſatellitio Neapolim pervenit.* An verò hac ratione Samaritani, quod unum intendebant, Romanum excuſſerint jugum, ex Chronologo non liquet.

Finis libri JOSUÆ.

00067707

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016